חשל Part. Dan. 2, 40. חָשֵׁל כֹּלָּא *debilitat omnia.* Gr. δαμάζει πάντα. Respond. Hebr. שַׁבֵּר Prov. 29, 11. Ex Hebr. חלש Ego ex Syriaco ܚܠܫ *conflavit, fabricavit, excogitavit:* Assemann. B. O. T. I. p. 368. explicandum puto: *malleat omnia.*

חתם, וְחַתְמַהּ Dan. 6, 18. *et obsignavit eum*, lapidem. Gr. ἐσφραγίσατο.

ט

טָאֵב *bonum esse, placere.* Dan. 6, 24. שַׁגִּיא טְאֵב עֲלוֹהִי *valde bonum fuit apud ipsum.* Vehementer ei iucundum fuit. Gr. ὁ βασιλεὺς πολὺ ἠγαθύνθη ἐπ' αὐτῷ. Vide טוב et יטב Hebr.

טָב m. *bonus.* Dan. 2, 32. דִּי דְהַב טָב *ex auro bono.* Gr. χρυσίου χρηστοῦ. Ezr. 5, 17. הֵן עַל מַלְכָּא טָב *si bonum videtur regi.* Gr. εἰ ἐπὶ τὸν βασιλέα ἀγαθόν.

טבח Hinc nomen m. pl. in emphasi טַבָּחַיָּא Dan. 2, 14. *satellites.* Gr. ἀρχιμαγείρῳ. Vide Hebr.

טוּר m. *mons.* Hebr. הַר Dan. 2, 35. Cum nota articuli טוּרָא Dan. 2, 45. ἀπὸ τοῦ ὄρους. *Mons* in his significat populum magnum.

טְוָת m. *incoenatus.* Hebr. צֹם Dan. 6, 18. vel 19. וּבָת טְוָת *pernoctavit ieiunus.* Gr. ἐκοιμήθη ἄδειπνος.

טִין m. *limus, lutum, argilla.* Terra, vnde testae fiunt. Hebr. חֹמֶר Dan. 2, 41. 43.

טלל Ex Hebr. צלל Aphel. Dan. 4, 9. vel 12. תְּחוֹהוֹהִי חַטְלֵל *sub ea* arbore *se tegebat fera agri.* Gr. κατεσκήνωσι. Vide Hebr.

טַל m. *ros.* Dan. 4, 12. vel 15. Gr. δρόσος.

טעם

טעם Pael. טַעֵם *edendum dare.* Dan. 4, 22. vel 25. Gr. ψωμιῶσί σε. Sic Dan. 5, 21.

טְעֵם m. Gr. γνώμη. Ex Hebr. טַעַם Notandae hae phrases. Dan. 3, 10. *Tu, rex,* שַׂמְתָּ טְעֵם *posuisti sententiam.* h. e. declarationem voluntatis tuae et εὐδοκίας. Gr. ἔθηκας δόγμα. Sic 3, 29. 4, 3. vel 6. 6, 27. מִן קְדָמַי שִׂים טְעֵם *a me positum est dogma.* Ezr. 5, 13. *Cyrus rex* שָׂם טְעֵם *decrevit.* Gr. ἔθετο γνώμην. Rursus Ezr. 5, 3. מַן שָׂם לָכֶם טְעֵם *quis vobis posuit sententiam?* hoc est, quis iussit, quis *dogmate suo*, potestatem habens, auctor fuit aedificandi domum hanc? Gr. τίς ἔθηκεν ὑμῖν γνώμην οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον τοῦτον. Ezr. 4, 21. כְּעַן שִׂימוּ טְעֵם לְבַטָּלָא גֻבְרַיָּא אִלֵּךְ Gr. καὶ νῦν θέτε γνώμην καταργῆσαι τοὺς ἄνδρας ἐκείνους. *Ponite sententiam,* ut faciatis *cessare viros illos.* h. e. date operam, curate, adhibete studium. Sic Dan. 3, 12. לָא שָׂמוּ עָלַיִךְ מַלְכָּא טְעֵם *non habuerunt tui rationem*, non curarunt te. Gr. οὐχ ὑπήκουσαν τῷ δόγματί σου. contorte. et 6, 14. Ibi rursus Gr. οὐχ ὑπειτάγη τῷ δόγματι. Ezr. 6, 14. מִן טַעַם אֱלָהּ יִשְׂרָאֵל וּמִטַּעַם כֹּרֶשׁ *ex sententia Dei Israëlis et ex sententia Cyri.* Gr. ἀπὸ γνώμης θεοῦ Ἰσραὴλ καὶ ἀπὸ γνώμης Κύρου. Dan. 2, 14. *Tunc Daniel* בֵּהֵין עֲטָא וּטְעֵם לְאַרְיוֹךְ *fecit Arioch reddere consilium et rationem.* nempe interrogando causam decreti, secundum quod sapientes Babylonis occidendi erant. Vel, *reddidit consilium et rationem Arioch.* cum interrogasset: dicendo, se intraturum ad regem et impetraturum tempus. quod narratur fecisse. Gr. ἀπεκρίθη βουλὴν καὶ γνώμην τῷ Ἀριώχ. Dan. 5, 2. בְּטַעֲם חַמְרָא Gr. ἐν τῇ γεύσει τοῦ οἴνου. *in gustu* vel *sapore vini.* Vel *in sententia vini.* Rab. Sol. et Aben-Esra. בַּעֲצַת הַיַּיִן *consilio vini.* Dan. 6, 3. דִּי לְהַוֹן יָהֲבִין לְהוֹן טַעֲמָא *ut redderent eis rationem.* Gr. τοῦ ἀποδιδόναι αὐτοῖς λόγον. Ezr. 4, 8. בְּעֵל טְעֵם Gr. βαλτάμ. Videtur esse Magister rationum. praefectus rationibus regiis. Vide supra בְּעֵל Ezr. 5, 5. עַד טַעֲמָא לְדָרְיָוֶשׁ יְהָךְ *donec causa*

ad Darium perveniret. Res, de qua Darius ſuam ſententiam erat promturus. Gr. γνώμη.

טפר pl. cum affixo Dan. 7, 19. טְפָרָיהּ Hebr. צִפָּרְנֶיהָ *vngues eius.* Gr. ὄνυχες. Dan. 4, 31. vel 34. טִפְרוֹהִי *vngues eius.*

טְרַד Hebr. גָּרַשׁ Part. טָרְדִין *pellunt.* h. e. pelleris. Dan. 4, 22. vel 25. 29. vel 32. Gr. ἐκδιώξουσιν. Praet. Peil. טְרִיד Dan. 4, 30. vel 33. 5, 21. *pellebatur.* Gr. ἐξεδιώχθη.

י

יבל Aphel. הֵיבֵל *tulit.* Ezr. 5, 14. וְהֵיבֵל הִמּוֹ *et tulit ea.* Gr. ἀπήνεγκεν. Inf. הֵיבָלָה Ezr. 7, 15. Hebr. הוֹבִיל

יבש Nom. f. יַבֵּשְׁתָּא / Hebr. הַיַּבָּשָׁה *arida.* Gr. ἡ ξηρὰ Dan. 2, 10.

יְגַר Hebr. גַּל *acervus.* Gen. 31, 47. יְגַר שָׂהֲדוּתָא Hebr. גַּל עֵד *acervus teſtimonii.* LXX. βωμὸς τῆς μαρτυρίας.

יַד f. *manus.* Dan. 5, 5. cum nota articuli יָדָא Hebr. הַיָּד Dan. 5, 5. Cum aff. יָדָךְ Dan. 3, 17. בְּיָדְהֹם *in manu eorum.* Ezr. 5, 8. Pl. יְדַיָּן Dan. 2, 34. דִּי לָא בִידַיָּן *Qui lapis non* erat *in manibus, et percutiebat.* Qui lapis, quamvis manibus non ferretur, tamen percutiebat imaginem et eam comminuebat. nempe ſuapte vi ſe movens et ſe in imaginem impellens. Gr. ἄνευ χειρῶν. Id, ni fallor, diceretur לָא בִידַיָּן *non manibus.*

ידה *Aphel.* הוֹדָא *confiteri*, gratias agere. Part. מְהוֹדֵא Hebr. מוֹדֶה *confitebatur*, gratias agebat. Dan. 6, 11. Gr. ἐξομολογούμενος. Item Dan. 2, 23. מוֹדֵא וּמְשַׁבַּח אֲנָה Gr. ἐξομολογοῦμαι καὶ αἰνῶ.

ידע *cognoſcere* Dan. 6, 10. vel 11. כְּדִי יְדַע *cum cognoviſſet.* Gr. ἡνίκα ἔγνω. יְדַעְתָּ *cognoviſſes.* Dan. 5, 22. יְדַעְתָּ *cogno-*

Landesbibliothek Oldenburg

vi, *scio*. Dan. 4, 6. vel 9. Part. יָדַע Dan. 2, 8. *Peil.* יְדִיעַ Dan. 3, 18. Imp. דַּע Dan. 6, 15. vel 16. Fut. אִנְדַּע Dan. 2, 9. תִּנְדַּע Dan. 2, 30. *Aphel.* הוֹדַע *notificare*. Gr. γνωρίζειν. Dan. 2, 15. 17. 45. Part. pl. מְהוֹדְעִין Ezr. 7, 24. לְכֹם מְהוֹדְעִין *vobis notificant*. h. e. vobis notificatur. Gr. ὑμῖν γνωρίζεται. Inf. הוֹדָעָה Dan. 5, 8. cum aff. לְהוֹדָעוּתַנִי Dan. 2, 26. *me docere*, me facere vt ſciam. Fut. cum aff. אֲהוֹדְעִנַּה *notam faciam ipſi*. Dan. 5, 17. תְּהוֹדְעִנַּנִי Dan. 2, 5. 9.

מַנְדַּע m. *cognitio*. Gr. φρόνησις. Dan. 2, 21. 5, 12. C. 4, 31. vel 34. מַנְדָּעִי עֲלַי יְהוּב Gr. αἱ φρένες. *intellectus meus ad me revertebatur*.

יְהַב *dare*. Gr. διδόναι. Hebr. נָתַן Dan. 2, 37. תָּקְפָּא וְיַקָּרָא יְהַב לָךְ *vires et gloriam dedit tibi*. יְהַבוּ גֶשְׁמֵיהוֹן *dederunt corpora ſua*. Dan. 3, 28. Gr. παρέδωκαν τὰ σώματα αὐτῶν. Partic. יָהֵב Dan. 2, 21. Imp. הַב Dan. 5, 17. Pr. *Peil.* יְהִיב Dan. 7, 4. Gr. ἐδόθη. יְהִב Dan. 7, 14. 22. Foem. יְהִיבַת Dan. 7, 12. יְהִיבוּ Dan. 5, 28. *Ithpeal.* part. מִתְיְהֵב *dabatur*. Ezr. 4, 20. Gr. δίδοται. Fut. יִתְיְהֵב *dabitur*. Dan. 4, 13. vel 16. Gr. δοθήσεται.

יְהוּד *Iudaea*. Dan. 2, 25. מִן בְּנֵי גָלוּתָא דִי יְהוּד *de exſulibus Iudaeae*. Gr. τῆς Ἰουδαίας. Dan. 5, 13. מִן יְהוּד *ex Iudaea*. Dan. 5, 1. בִּיהוּד *in Iudaea*. Ezr. 5, 8. לִיהוּד Gr. εἰς τὴν Ἰουδαίαν.

יְהוּדָאִין pl. *Iudaei*. Dan. 3, 12. יְהוּדָיֵא Dan. 3, 8.

יוֹם m. *dies*. Ezr. 6, 15. עַד יוֹם תְּלָתָה לִירַח אֲדָר *vsque ad diem tertium menſis Adar*. Gr. ἕως ἡμέρας τρίτης. יוֹם בְּיוֹם *quotidie*. Ezr. 6, 9. Gr. ἡμέραν ἐν ἡμέρᾳ. יוֹמָא h. e. הַיּוֹם Dan. 6, 10. vel 11. זִמְנִין תְּלָתָא בְיוֹמָא *vicibus tribus de die*. Gr. καιρὸς τρεῖς τῆς ἡμέρας. Pl. יוֹמִין Dan. 6, 7. vel 8. עַתִּיק יוֹמִין Dan. 7, 9. 13. 22. Cuius dies non abeunt, ſed manent ſemper iidem. Vide עַתִּיק Hebr. In reg. יוֹמֵי Dan. 5,

Landesbibliothek Oldenburg

11. בִּיטֵי Hebraeo more. Ezr. 4, 7. יוֹמָת Ezr. 4, 15. 18. מִן יוֹמָת עָלְמָא *a diebus seculi.* Gr. ἀπὸ ἡμερῶν αἰῶνος.

יחם Hinc nom. f. חֲמָא *excandescentia.* Gr. θυμός. Dan. 3, 19. et חֲמָא Dan. 3, 13. Hebr. חֵמָה

יטב Fut. יִיטַב Ezr. 7, 18. וּמַה דִּי עָלָיךְ יִיטַב Gr. καὶ ὅ-τι ἐπί σε καὶ τοὺς ἀδελφούς σου ἀγαθυνθῇ. *Quod tibi et fratri-bus tuis visum fuerit.*

יכל Dan. 6, 20. vel 21. הַיְכָל *an potuit.* Gr. εἰ ἠδυνήθη. Dan. 2, 47. יְכֵלְתָּ *potuisti.* Gr. ἠδυνάσθης. Part. Dan. 3, 17. יָכִיל לְשֵׁיזָבוּתָנָא *potens est liberare nos.* Dan. 4, 34. vel 37. יָכֵל לְהַשְׁפָּלָה *potest humiliare.* Gr. δύναται ταπεινῶσαι. Plur. יָכְלִין Dan. 2, 27. Fut. Dan. 5, 16. תִּכָּל et Dan. 3, 29. יִכָּל Item Dan. 2, 10. יוּכַל forma Hebr. cum ל Dan. 7, 21. וְיָכְלָה לְהוֹן *et praevaluit ipsis.* Gr. καὶ ἴσχυσε πρὸς αὐτούς.

ים cum nota articuli יַמָּא ἡ θάλασσα. *mare.* Dan. 7, 2. 3.

יסף *Hophal.* Dan. 4, 33. vel 36. וּרְבוּ יַתִּירָה הוֹסְפַת לִי Gr. καὶ μεγαλωσύνη περισσοτέρα προσετέθη μοι. *Et maiestas am-plior addita est mihi.*

יעט Part. יָעֵט pl. יַעֲטִין Cum aff. יַעֲטוֹהִי Ezr. 7, 14. 15. *consiliarii ipsius.* Gr. σύμβουλοι. *Ithpael.* Dan. 6, 8. אִתְיָעֲטוּ *consuluerunt inter se.* Gr. συνεβουλεύσαντο. Hebr. נוֹעָצוּ

עֵטָא f. Hebr. עֵצָה *consilium.* Gr. βουλή. Dan. 2, 14.

יצב Hinc יַצִּיב *verum, firmum.* Dan. 2, 45. יַצִּיב חֶלְמָא *verum* est *somnium*, non vanum. Gr. ἀληθινὸν τὸ ἐνύπνιον. Dan. 6, 12. vel 13. וְיַצִּיבָא מִלְּתָא *Vera est res.* vel, *Firmum est verbum.* Gr. ἀληθινὸς ὁ λόγος. Dan. 2, 8. מִן יַצִּיב *ex certo cognosco ego.* Gr. ἐπ' ἀληθείας οἶδα ἐγώ. Dan. 3, 24. יַצִּיבָא מַלְכָּא *Verum, o Rex.* Dan. 7, 16. וְיַצִּיבָא אֲבָעֵה מִנֵּהּ עַל כָּל־דְּנָה *Rem ipsam requirebam ex ipso super his omnibus*, quid haec significarent, aut quid essent, quae videram. Gr. τὴν

ἀκρίβειαν. v. 19. צְבִית לְיַצְּבָא עַל חֵיוָתָא רְבִיעָיְתָא *desideravi rem veram super quarta bestia.* Gr. ἐζήτεν ἀκριβῶς περὶ τοῦ θηρίου τοῦ τετάρτου. In manuscripto est לְיַצָּבָא quod explicarem, ἀκριβῶν. Matth. 2, 7.

יָקַד Part. f. נוּרָא יָקְדָתָא *ignis ardens.* Dan. 3, 20. et יָקִידְתָא Dan. 3, 6. Gr. κάμινον πυρὸς καιομένην. Refert ad אַתּוּן Sed id masculinum est. Ita et Luth. Vide Hebr. יקד

יֻקָּדָה f. In reg. Dan. 7. 11. לִיקַדַת אֶשָּׁא *in incendium ignis.* Gr. εἰς καῦσιν πυρός.

יְקָר m. *gloria.* Dan. 2, 6. Gr. τιμήν. In reg. Dan. 4, 27. vel 30. וְלִיקַר הַדְרִי *et ad gloriam maiestatis meae.* v. 33. vel 36. וְלִיקַר מַלְכוּתִי *et ad gloriam regni mei maiestas mea etc.* Cum nota articuli. יְקָרָא Dan. 2, 37. יְקָרָה Dan. 5, 20.

יַקִּיר m. Resp. Hebr. יָקָר *pretiosus, difficilis, gravis.* f. יַקִּירָה Dan. 2, 11. Gr. ὁ λόγος βαρύς. יַקִּירָא *gloriosus.* Ezr. 4, 10. Gr. ὁ τίμιος. Vide Hebr.

יְרַח m. *mensis.* Hebr. יָרֵחַ Ezr. 6, 15. Pl. יַרְחִין Dan. 4, 26.

יֶרֶךְ pl. יַרְכָּן f. *femora.* Dan. 2, 32. יַרְכָתֵהּ *femora eius.* Gr. οἱ μηροί.

יִשְׁן Hinc nomen שֵׁנָה cum aff. שִׁנְתֵהּ *somnus eius.* Dan. 6, 18. vel 19.

יַת Resp. Hebr. אֵת Dan. 3, 12. יַהֲדוֹן *illos.*

יתב Praet. יְתִיב *consedit.* Dan. 7, 9. Gr. ἐκάθητο. Item יְתֵב Dan. 7, 10. Fut. יִתֵּיב Dan. 7, 26. Part. pl. יָתְבִין Ezr. 4, 17. Aphel. הוֹתֵב Ezr. 4, 10. הוֹתֵב הִמּוֹ Gr. κατῴκισεν αὐτούς. Vide ישב Hebr.

יתר Nom. יַתִּיר Dan. 2, 31. וְזִיוֵהּ יַתִּיר *et splendor eius eximius.* Gr. ἡ πρόσοψις αὐτῆς ὑπερφερής. Foemininum. Dan. 5, 12. רוּחַ יַתִּירָא Gr. πνεῦμα περισσόν. v. 14. חָכְמָה יַתִּירָה Gr. σοφία περισσή. Quasi adverbialiter Dan. 3, 22. אֲזֵא יַתִּירָה Gr.

Landesbibliothek Oldenburg

ἐξεκαύθη ἐκ περισσοῦ. Dan. 7, 7. הַקִּיפָא יַתִּירָה Gr. ἰσχυρὸν περισσῶς v. 19. דְּחִילָה יַתִּירָה Gr. φοβερὸν περισσῶς. Vide Hebr. יתר

כ

כדב Nom. m. cum nota artic. כִּדְבָה *mendacium.* Hebr. כָּזָב Dan. 2, 9. מִלָּה כִדְבָה *verba, mendacium*, i. e. mendacia, Gr. ῥῆμα ψευδὲς. Vide infra et in Hebr. מִלָּה

כָּה *hic.* Dan. 7, 28. עַד כָּה *hucusque finis sermonis.* Gr. ἕως ὧδε.

כהל Part. כָּהֵל *valens, qui potest.* Hebr. יָכוֹל Dan. 2, 26. הַאִיתָיךְ כָּהֵל Gr. εἰ δυνάσαι. *An potes?* Pl. כָּהֲלִין Dan. 5, 8. Gr. οὐκ ἠδυνάντο.

כָּהֵן m. *sacerdos.* Hebr. כֹּהֵן Gr. ἱερεὺς. Cum nota artic. כַּהֲנָא Ezr. 7, 12. Plur. cum nota artic. כַּהֲנַיָּא Ezr. 7, 16. כַּהֲנוֹהִי *sacerdotes ipsius.*

כוה Nom. pl. f. כַּוִּין *fenestrae.* Dan. 6, 10. vel 11. וְכַוִּין פְּתִיחָן לֵהּ *et fenestrae apertae erant ipsi.* Gr. θυρίδες ἀνεῳγμέναι αὐτῷ. Resp. Hebr. חַלּוֹן

כון, כֵּן *sic.* vt Hebr. ὅτως. Graecus fere omittit. Dan. 2, 25. כֵּן אֲמַר לֵהּ *sic dixit ei.*

כּוֹר pl. כּוֹרִין nomen mensurae aridorum. Ezr. 7, 22. Gr. ἕως πυροῦ κόρων ἑκατόν. Vide Hebr.

כִּכַּר pl. כִּכְּרִין Ezr. 7, 22. Gr. ταλάντων. Vide Hebr.

כלל, כֹּל *omnis. etc.* Dan. 5, 8. Cum nota artic. כֻּלָּא Hebr. הַכֹּל Dan. 2, 40. Gr. πάντα. Ante Maccaph כָּל־ Dan. 2, 10. etc. Cum aff. Dan. 2, 38. הַשְׁלְטָךְ בְּכָלְהוֹן *facit te potestatem habere in omnia illa.* Dan. 7, 19. מִן כָּלְהֵן *prae omnibus.* Particulae cum hac voce componuntur. כָּל־קְבֵל־דִּי et כָּל־קְבֵל דְּנָה Vide קבל

כִּנְוָה Nom. pl. כִּנְוָן cum aff. וּכְנָוָתֵה Ezr. 5, 6. Gr. καὶ οἱ σύνδικοι αὐτῶν. Sic Ezr. 4, 9. 17. 23. 5, 3. 6, 6. 13. C. 4, 7. וּשְׁאַר כְּנָוָתֵיהוֹן Hoc formae Hebraicae. Videntur notari, qui cum caeteris nominati sunt. quorum scil. nomina subticentur. a כְּוָה quod vide. Rabbini explicant סִיעָה et חַבְרוּת Kimchi citat ex Thalmud: מי דמי שב חו עז בכנוחהון

כְּנֵמָא Rabbini hoc ita resolvunt, כַּאֲשֶׁר נֹאמַר Videtur explicandum, *hoc modo*. Ezr. 4, 8. 5, 4. כְּנֵמָא אֲמַרְנָא לְהוֹן Gr. ταῦτα εἴποσαν αὐτοῖς. 5, 11. וּכְנֵמָא פִּתְגָמָא דֶּתְיִבוּנָא לְמֵימַר *et tale verbum reddiderunt nobis, dicendo*, sic nobis responderunt. Gr. καὶ τοιοῦτο τὸ ῥῆμα ἀπεκρίθησαν ἡμῖν.

כְּנַשׁ *congregare*. Infin. מִכְּנַשׁ Dan. 3, 2. *Ithpael*. Part. מִתְכַּנְּשִׁין *congregabantur*. Dan. 3, 3. Gr. συνήχθησαν. Ex Hebr. כָּנַס

כַּסְפָּא et כֶּסֶף Hebr. כֶּסֶף *argentum*. Gr. ἄργυρος. Dan. 2, 32. Cum nota artic. כַּסְפָּא Dan. 2, 35. Gr. ὁ ἄργυρος.

כְּעַן *nunc*. Hebr. עַתָּה Dan. 3, 15. etc.

כְּפַת *Peil*. כְּפִיתוּ *vincti sunt*. Dan. 3, 21. Gr. ἐπεδήθησαν. Potest et active explicari cum Syro, qui vertit: ܐܣܪܘ *et vinxerunt*, *Pael*. part. passivum. pl. מְכַפְּתִין *ligati*. Dan. 3, 23. 24. Gr. πεπεδημένοι. Inf. Dan. 3, 20. אֲמַר לְכַפָּתָה *iussit vincire*. h. e. *vinciri*. Respondet Hebr. אָסַר

כַּרְבְּלָן pl. f. cum aff. בַּרְבְּלָתְהוֹן וּלְבוּשֵׁיהוֹן Dan. 3, 21. Gr. τιάραις. מְכַרְבֵּל Vide in Hebr. Elias. מַלְבּוּשׁ שֶׁל רֹאשׁ *vestis capitis*. Saadiah. קסידין שבראשן כמין כובעים Alios tamen interpretari טליחות *pallia*. Vide פטש Theodot. vertit ἐν περικνημίσιν. Vulg. liberius *in calceamentis*, a succingendo et adstringendo, Arab. enim كرب et كبل vtrumque sensu adstringendi et constringendi in vsu est, potuerint et ocreae

Landesbibliothek Oldenburg

dici, maxime Perficae, lumbos etiam tegentes, atque ad femur fuccinctae: tibialia braccis iuncta.

כרה *Ithpeal.* Dan. 7, 15. אִתְכְּרֵית רוּחִי *confoffus eft fpiritus meus.* Gr. ἔφριξε τὸ πνεῦμά μου. Vide Tharg. Prov. 14, 17. 29. vbi haec phrafis refpondet קְצַר אַפַּיִם et קְצַר רוּחַ Verbum כרן Syris eft tum *dolere* et *cruciari*, tum *decurtari*. Τὸ כְּרָה eft ex Hebraeo כָּרָה *fodere*, *perfodere*, *perforare*.

כרז *Aphel.* הַכְרִזוּ *praeconiarunt.* Dan. 5, 29. Gr. ἐκήρυξε.

כָּרוֹזָא m. *praeco.* Gr. ὁ κήρυξ. Dan. 3, 4.

כרס Nom. כָּרְסֵא Hebr. כִּסֵּא *thronus.* Dan. 5, 20. מִן כָּרְסֵא מַלְכוּתֵה *de throno regio fuo.* Gr. ἀπὸ τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας. Cum aff. כָּרְסְיֵה Dan. 7, 9. Pl. כָּרְסָוָן Dan. 7, 9.

כשׂד, כַּשְׂדַּי *Chaldaeus.* nomen gentis et artis. Gentis. cum nota artic. כַּשְׂדָּיָא quod legitur כַּשְׂדָּאָה *Chaldaeus.* Dan. 5, 30. מַלְכָּא כַּשְׂדָּיָא *Rex Chaldaeus.* Gr. ὁ βασιλεὺς ὁ χαλδαῖος. et Ezr. 5, 12. Plur. כַּשְׂדָּאִין Dan. 3, 8. Artis. Dan. 2, 8. vel 10. 4, 4. vel 7. 5, 7. 11.

כְּתַב *fcribere.* Gr. γράφειν. Dan. 6, 25. vel 26. כְּתַבוּ *fcripferunt.* Ezr. 4, 8. Part. f. כָּתְבָא pl. כָּתְבָן Dan. 5, 5. Peil. כְּתִיב *fcriptum erat.* Ezr. 5, 7. 6, 2. Fut. נִכְתַּב Ezr. 5, 10.

כְּתָב m. *fcriptum.* Ezr. 7, 22. וּמִלַּח דִּי לָא כְּתָב Gr. ἅλας, ὃ οὐκ ἔστι γραφή. Ezr. 6, 18. כִּכְתַב סְפַר מֹשֶׁה *iuxta fcriptum libri Mofis.* Cum nota artic. כְּתָבָה Dan. 5, 7. Gr. τὴν γραφήν. כְּתָבָא Dan. 5, 8. Vide Hebr.

כְּתַל Hebr. כֹּתֶל *paries.* Gr. τοῖχος. Dan. 5, 5. Pl. כְּתָלַיָא Ezr. 5, 8.

ל

לָא 1) *non.* Gr. οὐ. Hebr. לֹא Dan. 2, 5. הֲלָא *annon?* 2) Dan. 3, 24. כְּלָה *vt nihil.* Dan. 4, 32. vel 35. Gr. ὡς οὐδέν.

Landesbibliothek Oldenburg

Vide Hebr. Scilicet h. l. לָה loco לָא positum autumant interpretes. Sic et ex veteribus Vulg. Syr. Theodot. Sed corrige puncta כְּלָה *totius* terrae. Sic habet Stephani editio maior.

לאך Nom. מַלְאָךְ cum aff. מַלְאֲכֵה *angelum suum.* Dan. 3, 28. Gr. τὸν ἄγγελον αὐτοῦ. Vide Hebr.

לֵבַב m. *cor*, *animus*, *affectus.* Dan. 4, 13. vel 16. לְבַב חֵיוָא *cor bestiae.* Gr. καρδία θηρίου. Dan. 4, 4. לְבַב אֱנָשׁ *cor hominis.* cum aff. לִבְבָךְ Dan. 2, 30. לִבְבֵה Dan. 4, 13. vel 16. Hebraea forma בְּלִבִּי Dan. 7, 28. Hebr. לֵב et לֵבָב

לְבַשׁ Fut. יִלְבַּשׁ *induet.* Dan. 5, 7. Gr. ἐνδύσεται. *Aphel.* אַלְבֵּשׁ *induere.* Dan. 5, 29. וְהַלְבִּישׁוּ *et induerunt.* Hebraismum sapit. Gr. ἐνέδυσαν.

לְבוּשׁ m. *vestitus.* Dan. 7, 9. Gr. ἔνδυμα. Plur. לְבוּשֵׁיהוֹן *vestes eorum.* Dan. 3, 21.

לְהֵן I. Hebr. לָכֵן *Itaque.* Dan. 2, 6. 9. 4, 24. vel 27. Gr. διὰ τοῦτο. II. *nisi.* Gr. ἀλλά, ἀλλ' ἤ. δέ. Dan. 2, 11. לָהֵן אֱלָהִין *nisi dii.* Dan. 6, 5. vel 6. Gr. εἰ μή. 6, 7. vel 8. Gr. ἀλλ' ἤ pro εἰ μή. Ita 6, 12. vel 13. III. Ezr. 5, 12. לָהֵן מִן דִּי הַרְגִּיזוּ Gr. δέ. *Sed, ex quo ad iram provocarunt Deum coeli.* Pro Hebr. וְאוּלָם

לְוָיָא Hebr. לְוִיִּים *Levitae.* Gr. Λευῖται. Ezr. 6, 16.

לְוָת *apud.* Hebr. עַל Ezr. 4, 12. Qui ascenderunt מִן לְוָתָךְ Hebr. מֵעָלֶיךָ *a te.* Gr. ἀπὸ σοῦ.

לְחֵם m. *convivium.* Dan. 5, 1. עֲבַד לְחֵם רַב *fecit convivium magnum.* Gr. δεῖπνον μέγα.

לְחַכָּן pl. f. Hebr. פִּילַגְשִׁים *pellices.* Dan. 5, 2. 3. 23. Gr. παράκοιτοι.

לֵיל, לֵילְיָא *nox.* Dan. 2, 19. Hebr. לַיְל vel לַיְלָה

לְשָׁן, לִשָׁן *lingua.* Gr. γλῶσσα. Dan. 3, 29. Plur. לְשָׁנַיָא *linguae.* Dan. 3, 4. Hebr. לָשׁוֹן

Landesbibliothek Oldenburg

מ

מְאָה *centum.* Hebr. מֵאָה Gr. ἑκατὸν. Dan. 6, 2. מָאתַיִן Hebr. מָאתַיִם *ducenti.* Gr. διακόσιοι. Ezr. 6, 17.

מָאן ex Arab. مأن *portavit suscepitve onera, commeatum* caet. Solent enim eo adhiberi vasa et hinc portatoria dici possunt. m. *vas.* Hebr. כְּלִי Gr. σκεῦος. Plur. cum nota artic. מָאנַיָּא Hebr. הַכֵּלִים Gr. τὰ σκεύη. Ezr. 5, 14. In reg. מָאנֵי Dan. 5, 3.

מגר *Piel.* מַגֵּר Fut. יְמַגַּר Ezr. 6, 12. *Et Deus, qui collocavit nomen suum ibi,* יְמַגַּר כָּל־מֶלֶךְ *evertet omnem regem et populum.* Gr. καταστρέψαι. Respondet in Thargum Hebr. הִצְמִית שָׁמַט גְּלְגֵּל

מדד, מִדָּה *mensura.* Intelligitur *tributum.* Veluti de ponderibus et mensuris. Vide בְּלוֹ Ezr. 4, 20. מִנְדָּה Ezr. 4, 13. 7, 24. In reg. מִדַּת Ezr. 6, 8. *Ex opibus regis* דִּי מִדַּת עֲבַר נַהֲרָה *tributi transfluvialis.*

מָה 1) *quid?* Dan. 4, 32. vel 35. מָה עֲבַדְתְּ *quid fecisti?* 2) Ante relativum דִּי induit aliquando naturam δεικτικοῦ. Ezr. 7, 18. מָה דִּי עֲלָיךְ וְעַל אֶחָיךְ יֵיטַב *id, quod tibi et fratribus tuis placebit.* vel abundat. *quidquid.* Gr. εἴτι. Sine דִּי Dan. 2, 22. יָדַע מָה בַּחֲשׁוֹכָא *novit, quod est in tenebris.* Ezr. 6, 9. מָה חַשְׁחָן ὅ ἂν ὑστέρημα. 3) עַל מָה *propter quid? quare?* Gr. περὶ τίνος. Dan. 2, 15. עַל מָה דָתָא מְהַחְצִפָה *quare sententia acceleratur?* 4) כְּמָה Hebr. כַּמֶּה *quantum, quam!* Dan. 3, 33. vel 4, 3. אָתוֹהִי כְּמָה רַבְרְבִין וְתִמְהוֹהִי כְּמָה תַּקִּיפִין *signa eius quam sunt multa* vel *magna, et mirabilia eius quam valida?* לְמָא Hebr. לָמָּה *quare?* 5) Ezr. 4, 22. Habet vim τοῦ *ne.* ἵνα μὴ. Gr. μήποτε. דִּי לְמָה Gr. μήποτε. Sonat, nam *quare?* Ezr. 7, 23. דִּלְמָא Chaldaeis et Thalmudicis valet אוּלַי vel לוּ et pro כִּי aliquando ponitur. Vide Methurgeman in דִּלְמָא

מוֹת *mors.* Ezr. 7, 26. דִּן לְמוֹת *sive ad mortem.* Gr. ἐάν τε εἰς θάνατον. Hebr. מָוֶת

מְחָא 1) *percutere.* Dan. 2, 34. וּמְחָת לְצַלְמָא *et percussit imaginem.* Gr. ἐπάταξε. v. 35. דִּי מְחָת לְצַלְמָא lapis, *qui percussit imaginem.* Gr. ὁ πατάξας. מַחֵא Dan. 5, 12. Vide in חיה 2) *Pael.* Dan. 4, 32. vel 35. דִּי יְמַחֵא בִידֵהּ *qui percutiat manum eius,* hoc est, qui impediat ipsum. Phrasis vsitata Hebraeis מְחוֹת בְּיָד et simpliciter מְחָה et מָחָה pro *impedire.* Vide *Buxt.* Lex. Thalm. Gr. ἀντιποιήσεται τῇ χειρὶ αὐτοῦ. 3) *Ithpeal.* Ezr. 6, 11. יִתְמְחֵא עֲלוֹהִי *affigatur ei.* Gr. πληγήσεται (al. παγήσεται) ἐπ' αὐτοῦ. clavis et malleo affigatur. προσηλωθήσεται αὐτῷ.

מְטָא vel מִטָה *pervenire.* Dan. 7, 13. *Ad permanentem* vel *antiquum diebus* מִטָה *pervenit.* Gr. ἔφθασε. v. 22. זִמְנָא מִטָה *tempus advenit.* Gr. ὁ καιρὸς ἔφθασε. Dan. 4, 19. vel 22. רְבָת וּמִטַת לִשְׁמַיָא *crevit et pertigit ad coelum.* Gr. ἔφθασεν εἰς τὸν οὐρανόν. Dan. 6, 24. vel 25. לָא מִטוּ לְאַרְעִית גֻּבָא *non pervenerunt ad imum foveae.* Gr. ἔφθασαν. In Tharg. respondet Hebr. הִגִּיעַ

מלל Pael. מַלֵל *loqui.* Dan. 6, 22. *Daniel cum rege* מַלֵל *loquebatur.* Dan. 7, 8. וּפֻם מְמַלֵל רַבְרְבָן *et os loquens magna.* Gr. στόμα λαλοῦν μέγα. Sic v. 11. 20. 28.

מִלָה f. 1) *verbum.* Dan. 2, 9. מִלָה λόγον, *Verbum.* vt in illo *Verba dare.* Vide Hebr. Sed Graecus iungit מִלָה כִדְבָה vt substantivum et adiectivum. ῥῆμα ψευδὲς. Cum nota articuli מִלְתָה Hebr. הַדָּבָר Dan. 2, 5. מִלְתָה מִנִי אֲזָדָא *verbum a me prodiit.* Sententiam pronunciavi. 2) Notat et *rem.* Hebr. דָּבָר Dan. 2, 15. מִלְתָא הוֹדַע *rem indicavit.* Gr. ἐγνώρισε τὸ ῥῆμα. Dan. 5, 15. פְּשַׁר מִלְתָא *explicationem rei.* Gr. σύγκρισιν. v. 26. σύγκριμα τοῦ ῥήματος. Dan. 6, 12. vel 13. מִלְתָא יַצִיבָא *certa res* est. Dan. 7, 28. עַד כְּה סוֹפָא דִי מִלְתָא *huc vsque finis rei,* h. e. visionis. Gr. ἕως ὧδε τοῦ πέρατος τοῦ λόγου. In reg. מִלַת Dan. 2, 10.

Landesbibliothek Oldenburg

מִלַּת מַלְכָּא *verbum regis.* Plur. מִלִּין Dan. 7, 1. רֵאשׁ מִלִּין אֲמַר *caput verborum dixit.* Vide רֵאשׁ Cum nota artic. Dan. 7, 11. מִלַּיָּא רַבְרְבָתָא Hebr. הַדְּבָרִים הַגְּדוֹלִים In reg. מִלֵּי Dan. 5, 10.

מְלָא *implere.* Dan. 2, 35. וּמְלָאַת כָּל־אַרְעָא *et implevit totam terram.* Gr. ἐπλήρωσε πᾶσαν τὴν γῆν. Ithpeal. Dan. 3, 19. *Nebucadnesar* רְתְמְלִי חֵמָא *impletus est ira.* Gr. ἐπλήσθη θυμοῦ.

מְלַח *salire.* Nomen מְלַח m. *Sal.* Hebr. מֶלַח Ezr. 4. 14. *Quia* מְלַח הֵיכְלָא מְלַחְנָא *salem palatii* (nos: *des Hofs*) *salimus.* Sale regis *salimus* sc. cibos nostros, i. e. salarium regis accipimus, eoque nutrimur. Salario regio fruimur. Graecus omittit.

מֶלֶךְ m. *rex.* Gr. βασιλεύς. Dan. 2, 10. cum nota artic. מַלְכָּא Hebr. הַמֶּלֶךְ ὁ βασιλεύς. In vocativo Dan. 2, 4. Plur. מַלְכִין Dan. 2, 21. מְלָכִים Ezr. 4, 13. Cum nota articuli מַלְכַיָּא Dan. 2, 37. Foem. מַלְכָּה cum nota מַלְכְּתָא Dan. 5, 10. Gr. ἡ βασιλίσσα.

מַלְכוּת Hebr. *Regnum.* Gr. βασιλεία. Dan. 4, 3. vel 3, 33. מַלְכוּתֵהּ מַלְכוּת עָלַם *regnum eius regnum aeternum.* Gr. ἡ βασιλεία αὐτοῦ βασιλεία αἰώνιος. מַלְכוּ Dan. 2, 39. Cum nota articuli מַלְכוּתָא Dan. 2, 37. ἡ βασιλεία. Gr. βασιλείαν ἰσχυρὰν καὶ κρατεραίαν. Sine articulo. qui non caret emphasi. In regim. Dan. 4, 14. vel 17. בְּמַלְכוּת אֱנָשָׁא *in regno hominum.* Cum aff. מַלְכוּתִי Ezr. 7, 13. Plur. מַלְכְוָתָא Dan. 2, 44. In reg. מַלְכְוָת Dan. 7, 27.

מְלַךְ m. *consilium.* cum aff. Dan. 4, 24. vel 27. מַלְכִי *consilium meum placeat tibi.* Gr. ἡ βουλή μου.

מִן *a, de,* Dan. 2, 16. מִן מַלְכָּא *a rege.* Dan. 5, 19. וְדָחֲלִין מִן קֳדָמוֹהִי *et timebant eum.* Gr. φοβούμενοι ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. *Prae.* Dan. 2, 30. מִן־כָּל־חַיָּיא *prae omnibus viventibus.* Gr. Gr. παρὰ πάντας τοὺς ζῶντας. Dan. 2, 47. מִן קֻשְׁטָא *ex veritate.* Gr. ἐπ' ἀληθείας. Dan. 2, 8. מִן יַצִּיב יָדַע אֲנָה *Pro certo.* Gr.

Landesbibliothek Oldenburg

ἐπ' ἀληθείας. Dan. 4, 23. vel 26. מִן דִּי תִנְדַּע *ex quo cognoveris.* Gr. ἀφ' ἧ ἂν γνῷς Ezr. 5, 12. מִן דִּי הִרְגִּזוּ *ex quo irritarunt.* Gr. ἀφ' ὅτε παρώργισαν. Cum affix. מִנִּי *a me.* Dan. 2, 5. אַזְדָּא מִנִּי מִלְתָא *prodiit a me verbum.* Ezr. 4, 21. עַד מִנִּי טַעֲמָא יִתְשָׂם *donec a me decretum fiat.* Dan. 6, 2. vel 3. עֶלָּא מִנְּהוֹן *supra illos.* Gr. ἐπάνω αὐτῶν. Dan. 2, 33. מִנְּהֵן דִּי פַרְזֶל *partim ex ferro.*

מַן Hebr. מִן 1) *quis?* τίς. Ezr. 5, 3. מַן שָׂם לְכוֹם טְעֵם *quis posuit vobis decretum?* quis permisit decreto? Dan. 3, 15. מַן הוּא אֱלָהּ *quis est Deus?* Gr. τίς ἐστὶ θεός. Ezr. 5, 4. מַן אִנּוּן שְׂמָרַח *quae sunt nomina virorum?* Confer v. 10. Gr. τίνα ἐστὶ τὰ ὀνόματα. 2) Dan. 3, 6. מַן דִּי לָא יִפֹּל *Is, qui non prociderit.* Gr. ὅς ἂν μὴ. Dan. 4, 14. vel 17. לְמַן דִּי יִצְבֵּא יִתְּנִנָּהּ *cui vult, dat illud.*

מְנָה I. *numerare.* Dan. 5, 26. מְנָה Gr. ἐμέτρησεν. Peil. מְנֵא Dan. 5, 25, 26.

מִנְיָן Ezr. 6, 17. לְמִנְיַן שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *secundum numerum tribuum Israel.* Gr. εἰς ἀριθμὸν φυλῶν Ἰσραήλ. Vide Hebr.

II. *Pael.* מַנִּי Dan. 2, 24. דִּי מַנִּי מַלְכָּא *quem constituerat Rex ad perdendum.* Gr. ὃν κατέστησεν. Ezr. 7, 25. Imp. מַנִּי שָׁפְטִין וְדַיָּנִין *ordina,* constitue, *iudices et cognitores.* Gr. κατάστησον. Vide Hebr. מִנָּה

מנה, מִנְחָה *donum, munus.* Dan. 2, 46. Plur. cum affixo מִנְחָתְהוֹן Ezr. 7, 17. Hebraeum est. Deduco a נָחָה vt מִצְוָה a צִוָּה

מנך, הַמְנִיכָא *torques.* Dan. 5, 7. הַמְנִיכָא דִי דַהֲבָא Vau pro Iod. *Torques aureus in collo eius.* Sic v. 16. 29. Gr. μανιάκης. In Thargum respondet Hebr. עֲנָקִים et מְנִיכָא דִּי רָבִיד

מעה Nom. plur. cum affixo. מְעוֹהִי *Venter eius.* Dan. 2, 32. Gr. κοιλία. Hebr. מֵעַיִם *viscera.* Locus viscerum notatur.

מָרֵא *dominus.* Dan. 5, 23. מָרֵא שְׁמַיָּא *dominus coeli.* Gr. τὸν κύριον τοῦ οὐρανοῦ. Abundat in Graeco θεὸν. Dan. 2, 47. מָרֵא מַלְכִּין *dominus regum.* Gr. κύριος τῶν βασιλέων. Cum aff. מָרִאי *domine mi.* Gr. κύριε ἐπὶ τὸν κύριόν μου. Videtur factum ex Hebraeo מוֹרֶה sed significatu paulum mutato. Thalmudicis vsitatum est, quemvis honestum hominem appellare מַר *dominum.* Hinc 1 Cor. 16, 22. μαραναθά. cui respondet Chaldaicum מָרָנָא אֲתָא *Dominus noster venit.* Foem. esset מָרְתָא κυρία. inde μάρθα nomen foeminae. Respondet Hebraeo אֲדוֹן בַּעַל etc.

מְרַד Hebr. מֶרֶד *rebellio.* Gr. ἀποστάσεις. Ezr. 4, 19.

מָרֵד m. מָרְדָא f. *rebellis.* Ezr. 4, 15. קִרְיָא מָרְדָא *civitas rebellis.* Gr. πόλις ἀποστάτις. Cum nota articuli. Ezr. 4, 12. קִרְיְתָא מָרְדְתָא Gr. τὴν πόλιν τὴν ἀποστάτιν.

מרט *Peil.* Dan. 7, 4. עַד דִּי מְרִיטוּ גַּפַּיהּ *donec depilatae sunt alae eius.* Gr. ἕως ἃ ἐξετίλη τὰ πτερὰ αὐτῆς.

מְשַׁח Hebr. שֶׁמֶן *oleum.* Gr. ἔλαιον. Ezr. 6, 9. 7, 22.

נ

נבא *Ithpeal.* הִתְנַבִּי *prophetavit.* Ezr. 5, 1. Gr. προεφήτευσεν. Locutus est publice in nomine Dei.

נְבִיא Cum nota articuli נְבִיָּאה *propheta ille.* ὁ προφήτης. Ezr. 5, 1. et 6, 14. Plur. נְבִיאַיָּא οἱ προφῆται. *Prophetae.*

נְבוּאָה In reg. נְבוּאַת *propheria, vaticinatio.* Ezr. 6, 14. Vide Hebr.

נְבֻזְבָּה Vide in בזה

נֶבְרַשְׁתָּא Hebr. מְנוֹרָה *Lucerna.* Dan. 5, 5. Gr. λαμπάς. In Thargum vsurpatur Zoph. 3, 12. pro בֵּרוֹת

נֶגֶד Dan. 6, 10. vel 11. נֶגֶד יְרוּשְׁלֵם *versus Hierosolymam.* Gr. κατέναντι Ἱερουσαλὴμ. Vide Hebr.

Landesbibliothek Oldenburg

נְגַד partic. Dan. 7, 10. נְהַר דִּי נוּר נָגֵד *fluvius ignis manans.* Gr. ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν. Respondet Hebraeo מָשַׁךְ et נָטַף et זוּב et נָטַף Ponitur et נַגְדִּין pro יְבָלֵי Vide Methurgeman.

נגה Inde Dan. 6, 19. vel 20. בִּשְׁפַּרְפָּרָא יְקוּם בְּנָגְהָא *mane surrexit cum prima luce.* Gr. τὸ πρωὶ ἐν τῷ φωτί. Confer Marc. 16, 2. et Ioh. 20, 1.

נדב *Ithpael.* Ezr. 7, 15. הִתְנַדַּבוּ *vltro erogarunt.* Gr. ἑκουσίασθησαν. Partic. Ezr. 7, 13. מִתְנַדַּב Gr. ἑκουσιαζόμενος. Plur. מִתְנַדְּבִין v. 16. Nomen foem. הִתְנַדְּבוּת Gr. ἑκουσιασμὸς. *spontanea donatio.* Ezr. 7, 16. Vide Hebr. נדב

נדד Praet. foem. נַדַּת Dan. 6, 18. vel 19. וּשְׁנָתֵיהּ נַדַּת עֲלוֹהִי *et somnus eius fugit apud ipsum.* Gr. ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ. Vide Hebr.

נדן Dan. 7, 15. *Confossus est spiritus meus* בְּגוֹ נִדְנֶה *in medio corporis*, animo valde commotus sum. Gr. ἐν τῇ ἕξει μου. In Thargum respondet voci חַעַר in notione *vaginae.*

נְהַר m. *fluvius.* Hebr. נָהָר Dan. 7, 10. נְהַר דִּי נוּר *fluvius ignis.* Gr. ποταμὸς πυρὸς. Cum nota articuli נַהֲרָה Hebr. הַנָּהָר ὁ ποταμὸς. Euphrates a Iudaeis et Orientalibus ita appellatur κατ' ἀντονομασίαν. Ezr. 4, 10. et נַהֲרָא v. 16.

נְהוֹר m. Hebr. אוֹר Cum nota articuli נְהוֹרָא Dan. 2, 32. Gr. τὸ φῶς.

נַהִירוּ pro נָהִיתוּת et נָהִירוּ Dan. 5, 11. 14. Gr. γρηγόρησις. *vigilantia.* Ingenium perspicax, attentio, rectum iudicium inter rerum et falsum, ἀγχίνοια.

נוד Fut. 3. f. תְּנֻד *fugiet.* Dan. 4, 11. 14. Gr. σαλευθήτωσαν.

נוח Hinc vel potius a נחח pl. נִיחוֹחִין *sacrificia.* Dan. 2, 46. Ezr. 6, 10. Gr. εὐωδίας. Vide Hebr. sub נחח

נְוָלִי f. *sterquilinium.* Dan. 2, 5. 3, 29. vel 4, 2. Gr. διαρπαγὴ. *direptio.* Elias expl. אַשְׁפָּה *sterquilinium.* נִוּל expl. per טִנּוּף וְשִׁקּוּץ Et ita Rabbini vsurpant. Dicitur et נְוָלוּ Ezr. 6, 11. נְוָלוּ יִתְעֲבֵד Gr. τὸ κατ' ἐμὲ ποιηθήσεται. Id non intelligo.

נוּר m. *ignis.* Gr. πῦρ. Hebr. אֵשׁ Dan. 3, 27. נוּר דָּלֵק *ignis ardens.* Cum nota articuli. Dan. 3, 27. לָא שְׁלֵט נוּרָא בִּגֶשְׁמְהוֹן *non habuit potestatem ignis in corpus eorum.* Sed Dan. 3, 6. 11. 15. 17. 20. 21. 23. נוּרָא יָקִידְתָא videtur dici, vt Hebr. אֵשׁ יוֹקֶדֶת siquidem ibidem אַתּוּן masculine ponitur. Nec obstat, quod Tiphcha cum נוּרָא ponitur. Id tantum fit, sequente Silluk. Alibi pro eo est accentus continuans. Vide v. 17. 23. Sed Graecus κάμινον καιομένην dicit. Veruntamen Daniel, quum vult dicere accensionem fornacis, non vtitur verbo a יקד deducto, sed verbo אֵזֵא et מֵזֵא

נזק Peil. נְזַק *laesus.* Dan. 6, 2. vel 3. לָא לֶהֱוֵא נָזַק Gr. μὴ ἐνοχλῆται. Melius. μὴ ζυμιωθῇ. Aphel. אַנְזֵק Fut. תְּהַנְזֵק *nocebis.* Ezr. 4, 13. Part. f. מְהַנְזָקַת Ezr. 4, 15. מְהַנְזְקַת מַלְכִין *nocens regibus.* turbans regna. Gr. κακοποιοῦσα βασιλεῖς. Inf. vel nom. verbale. לְהַנְזָקַת מַלְכִין *ad noxam regum.* Gr. εἰς κακοποίησεν βασιλεῦσι. Vide אַפְתֹּם Respondet, vt Elias monet, Hebraeo נגע in notione *nocendi.* Vide et Hebr. נֶזֶק

נְחָשׁ *aes.* Gr. χαλκὸς. Dan. 2, 32. Cum nota articuli נְחָשָׁה Dan. 2, 45. Hebr. נְחֹשֶׁת

נְחַת Partic. נָחֵת *descendebat.* Dan. 4, 10. vel 13. Gr. κατέβη. Idem נָחִית Dan. 4, 20. vel 23. Aphel. אַחֵת Part. plur. מְהַחֲתִין Ezr. 6, 1. דִּי גִנְזַיָּא מְהַחֲתִין תַּמָּה *vbi gazas deponebant.* Gr. ὅπου ἡ γάζα κεῖται. Vel, *quo deferebant,* nempe ex omnibus locis. Ezr. 5, 15. אַחֵת הִמּוֹ *defer illa.* Ezr. 6, 5. וְתַחֵת בְּבֵית אֱלָהָא *et depones in domo Dei.* Puto esse secundam personam, et sermonem esse directum ad Zorobabelem, sive Scheschbaz-

zar

zar. Ita Aben Esra. Sed Saadiah: יְהִי מֻנָּח Non attendit ad formam vocis Hophal. Dan. 5, 20. הָנְחַת מִן כַּרְסֵא מַלְכוּתֵהּ Gr. κατηνέχθη ἀπὸ τοῦ θρόνου. *Detrusus est a solio regio.* Respondet Hebr. יָרַד, הוֹרִיד, הוּרַד

נְטַל *tollere.* Hebr. נָשָׂא Dan. 4, 31. vel 34. עֵינַי לִשְׁמַיָּא נִטְלֵית *oculos meos ad coelum sustuli.* Gr. ἀνέλαβον. *Peil.* Dan. 7, 4. וּנְטִילַת מִן אַרְעָא *et tollebatur a terra,* in staturam erectam. Gr. ἐξήρθη ἀπὸ τῆς γῆς.

נְטַר ex Hebr. נָצַר *retinere, custodire.* Dan. 7, 28. וּמִלְּתָא בְּלִבִּי נִטְרֵת *et rem in animo meo servavi,* retinui. Gr. διετήρησα.

נְכַס Hinc נִכְסִין In reg. נִכְסֵי *opes.* Ezr. 6, 8. Gr. ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων τοῦ βασιλέως. cap. 7, 27. לַעֲנָשׁ נִכְסִין *ad mulctandum pecuniis.* Gr. εἰς ζημίαν τοῦ βίου. ad mulctandum opibus ad victum necessariis. Vide Hebr.

נְמַר Hebr. נָמֵר Dan. 7, 6. *pardus.* Gr. πάρδαλις. Vide Hebr.

נסח *Ithpeal.* fut. Ezr. 6, 11. יִתְנְסַח אָע *velletur lignum de domo eius.* Gr. καθαιρεθήσεται ξύλον ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. Vide Hebr. Respondet in Tharg. רָדָה שְׁ

נסך Pael. Inf. נַסָּכָה *libare, fundere.* Dan. 2, 46. אֲמַר מִנְחָה וְנִיחוֹחִין לְנַסָּכָה לֵהּ *iussit ei munus et odoramenta offerri.* Gr. σπεῖσαι. Sed hic vel verbum נַסָּכָה latius accipitur notione דַּקְרִיב vel subintelligitur coniugatum נֶסֶךְ *libamen.* itaque erit *cum libaminibus offerri.*

נֶסֶךְ nom. plur. cum aff. נִסְכִּיהוֹן Ezr. 7, 17. *libamina eorum.* Gr. σπονδάς. Vinum sacrificiis affundendum. Vide Hebr.

נְסַק Syris: *ascendit.* Hinc *Aphel.* הַסִּקוּ *sursum extulerunt.* Hebr. הֶעֱלָה Dan. 3, 22. Inf. Dan. 6, 24. vel 25. לְהַנְסָקָה *sursum educere.* Gr. ἀνενέγκαι. Hophal. הֻסַּק Hebr. הָעֳלָה Dan. 6, 23. vel 24. *eductus est.* Gr. ἀνηνέχθη.

נְפַל *cadere*. Dan. 2, 46. Gr. ἔπεσεν. Dan. 3, 23. נְפַלוּ *ceciderunt*. Dan. 7, 20. וּנְפַלוּ *et ceciderunt*. Legitur וּנְפַלָה forma foeminina tertiae pluralis. Fut. יִפֹל Dan. 3, 6. Ezr. 7, 20. וּשְׁאָר חַשְׁחוּת בֵּית אֱלָהָךְ דִּי יִפֹּל־לָךְ לְמִתַּן *et reliquam necessitatem domus dei tui, quae tibi danda evenerit*, quae necessaria videbuntur tibi. Gr. ἢ ἂν φανῇ σοι δοῦναι. Partic. pl. נָפְלִין סָגְדִין *cadebant, procidebant venerabundi*. Gr. πίπτοντες προσεκύνουν. Vide Hebr.

נְפַק *exire*. Dan. 2, 14. Gr. ἐξῆλθεν. Foem. נְפַקַת Dan. 2, 13. נְפָקוּ ex alia lectione נְפָקָה *exierunt*. forma foeminina. Dan. 5, 5. Part. נָפֵק Dan. 7, 10. Pl. נָפְקִין Dan. 3, 26. Imp. נְפֵק *exite*. Dan. 3, 26. *Aphel*. הַנְפֵק *eduxit, exportavit*. Dan. 5, 2. Gr. ἐξήνεγκε. Hebr. הוֹצִיא יָצָא

נִפְקְתָא f. *Sumtus, erogatio*. Ezr. 6, 4. 8. Gr. δαπάνη. Rabb. הוֹצָאָה

נְצַב Hinc Dan. 2, 41. נִצְבְּתָא דִי פַרְזְלָא *firmitudo ferri*. Sed Gr. ἀπὸ τῆς ῥίζης τῆς σιδηρᾶς. Certe in Thargum respondet Hebraeo נטע Res eadem est.

נְצַח *Ithpael*. Part. Dan. 6, 3. vel 4. הֲוָה מִתְנַצַּח עַל סָרְכַיָּא *fuit praepositus principibus*. vel *superabat*. Nam in Thargum vsurpatur pro *vincere*. Ezech. 31, 5. 7. 8.

נְצַל *Aphel*. Partic. מַצִּיל *eripiens*. Dan. 6, 27. vel 28. Gr. ῥύεται. Infin. Dan. 3, 29. לְרַצָּלָה *eripere*. Cum affixo Dan. 6, 14. vel 15. לְהַצָּלוּתֵהּ *ad eripiendum ipsum*. Gr. τὸ ἐξελέσθαι αὐτόν. Vide Hebr.

נְקָא, נַקֵּא *purus*. Dan. 7, 9. כְּעֶמֶר נְקָא *vt lana pura*. Gr. ἔριον καθαρόν. Hebr. נָקִי Sed hoc proprie vacuus culpa, poena, munere.

נְקַשׁ *pulsare*. Part. Dan. 5, 6. *genua ipsius* דָּא לְהָא נָקְשִׁן *se invicem pulsabant*. Gr. συνεκροτοῦντο. Resp. Hebr. חקע

Landesbibliothek Oldenburg

נְשָׂא Dan. 2, 35. וּנְשָׂא הַמּוֹ רוּחָא *et tulit*, abſtulit, *illa ventus*. Gr. ἐξῆρεν αὐτὰ. Imp. שֹׂא Ezr. 5, 15. *accipe*. Gr. λάβε. *Ithpael*. Part. foem. מִתְנַשְׂאָה *ſe efferens*. Ezr. 5, 19. Gr. ἐπὶ βασιλεῖς ἐπαίρεσθαι.

נשם Dan. 5, 23. דִּי נִשְׁמָתָךְ בִּידֵהּ *in cuius manu eſt anima tua*. Gr. ἃ ἡ πνοή σου ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Reſpiratio. Vide Hebr. נְשָׁמָה

נְשַׁר m. Hebr. נֶשֶׁר *aquila*. Gr. ἀετὸς. Dan. 7. 4. Pl. נְשָׁרִין Dan. 4, 30. vel 33.

נִשְׁתְּוָן m. *Diploma*. Ezr. 4, 7. נִשְׁתְּוָנָא Ezr. 4, 18. 23. 5, 5. Gr. ὁ φορολόγος. R. Sol. expl. אִגֶּרֶת Aben Efra a שרה deducit. Probat tamen eos, qui explicant חותם Credo, notat libellum ſignatum. dicunt כְּתָב מְפוֹרָשׁ h. e. δίπλωμα.

נתן Infin. מִנְתַּן *dare*. Ezr. 7, 20. Gr. δοῦναι. Ibid. fut תִּנְתֵּן *dabis*. Dan. 2, 16. דִּי זְמָן יִנְתֵּן־לֵהּ *vt tempus ſibi daret*. Dan. 4, 14. יִתְּנֵנַּהּ *dat illud*, regnum. Plur. יִתְּנוּן Ezr. 4, 13.

מַתְּנָה f. pl. מַתְּנָן *dona*. Dan. 2, 6. cum affix. מַתְּנָתָךְ *dona tua*. Dan. 5, 17.

נְתִינָיָא Ezr. 7, 24. Hebr. הַנְּתִינִים *dedititii*. Vide Hebr.

נתר *Aphel*. Imp. Dan. 4, 11. vel 14. אַתַּרוּ Gr. ἐκτινάξατε τὰ φύλλα αὐτοῦ. *Facite, vt defluant* vel *marceſcant folia eius*. Reſpondet Hebr. נבל et ſimilibus.

ס

סַבְּכָא Dan. 3, 5. שַׂבְּכָא Dan. 3, 7. 10. 15. Gr. σαμβύκη. Inſtrumentum muſicum eſt. Turnebo videtur *Sambuca* eſſe, quae vulgo *harpa* vocatur, de qua conf. *Montfaucon* Antiqu. Expl. Tom. III. p. 345. Non male ad שַׂבְּכָה Hebraeum referri videtur. Vide Martinium in *Sambuca*.

Landesbibliothek Oldenburg

סבל *Pyal.* part. Ezr. 6, 3. וְאֻשׁוֹהִי מְסוֹבְלִין *et fundamenta eius onusta.* An in forma activa *ferentia?* paria ferendis structuris? Aben-Esra יסודותיו סובלים באבני סבל quod comparat cum אבן גלל Nisi fallor, מְסוֹבְלִין explicat סַבָּלִים vt sit ellipsis, אַבְנֵי סַבָּל *Lapidibus baiulorum.*

סבר fut. יִסְבַּר *cogitabit.* Dan. 7, 25. Gr. ὑποτάξει. Respondet Hebr. תְּנָה et בָּעַי Vide שְׁבַר Hebr.

סְגָא Vide שְׁגָא

סְגַד Dan. 2, 46. וּלְדַנִיֵּאל סְגִד *et Danielem adoravit.* Gr. τῷ Δανιὴλ προσεκύνησε. *Venerabatur.* Part. pl. סָגְדִין Dan. 3, 7. Fut. יִסְגֻד Dan. 3, 6. Vide Hebr.

סַגַן pl. סִגְנִין *antistites.* Dan. 2, 48. רַב סִגְנִין Gr. ἄρχοντα σατραπῶν. Sed hoc aliud est Dan. 3, 2. 26. σατράπαι. Respondet פַּקִיד שְׁ, נָגִיד. סְגַן הַכֹּהֲנִים est כֹּהֵן מִשְׁנֶה *Vicarius sacerdotis.*

סְגַר *clausit.* Dan. 6, 22. vel 23. Gr. ἐνέφραξε στόματα λεόντων. Hebr. 11, 33. ἔφραξαν στόματα λεόντων. Vide Hebr.

סוף Hinc praet. 3. f. סְפַת מַלְכוּתָא Dan. 4, 30. vel 33. *Completum fuit verbum.* Gr. συνετελέσθη. Vide Hebr. *Aphel.* Dan. 2, 44. וְתָסֵף כָּל־אִלֵּין מַלְכְוָתָא *et consumet omnia haec regna.* Gr. λικμήσει.

סוֹף m. *finis.* Gr. πέρας. Dan. 4, 8. vel 11. לְסוֹף כָּל־אַרְעָא *ad finem terrae totius.* Dan. 6, 26. vel 27. שָׁלְטָנֵהּ עַד סוֹפָא *potestas eius ad finem.* Gr. ἕως τέλους. Conf. 1 Cor. 15, 24. ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν.

סְלַק *ascendere.* Praet. 3. f. דִּי סְלֶקַת Dan. 7, 20. Gr. τῷ ἀναβάντος. Vers. 8. est סְלֶקֶת Plur. סְלִיקוּ Dan. 2, 29. Ezr. 4, 12. Part. pl. f. סְלָקָן Dan. 7, 3. Gr. ἀνέβαινον.

סִמְפֹנְיָה Dan. 3, 5. 10. 15. συμφωνία. Graecus hoc vocabulo vtitur tantum v. 15.

Landesbibliothek Oldenburg

סעד *Pael.* Part. pl. Ezr. 5, 2. *Prophetae Dei* מְסַעֲדִין לְהוֹן Gr. βοηθοῦντες αὐτοῖς. quid si στηρίζοντες αὐτούς? Vide Hebr.

ספר, סָפַר cum nota articuli סָפְרָא *scriba.* Hebr. סוֹפֵר Librorum et actorum tractator aut magister. Ezr. 4, 8. Gr. ὁ γραμματεύς. In reg. Ezr. 7, 12. 21. סָפַר דָּתָא דִי אֱלָהּ שְׁמַיָּא *Scribae legis Dei coelorum.* Gr. γραμματεῖ νόμου κυρίου τοῦ θεοῦ. Tractatori et interpreti legis.

סְפַר m. *liber.* Ezr. 6, 18. Gr. τὴν γραφὴν βίβλου Μωυσῆ. Plur. סִפְרִין *libri.* Dan. 7, 10. בְּבֵית סִפְרַיָּא *in domo librorum.* in Bibliotheca. Ezr. 6, 1.

אַסְפַּרְנָא vertitur *cito*, *celeriter*, *festinanter* quasi dicatur numero, vel compositum sit ex Arab. أشر *valde alacris fuit.* et פרר *fugit* vel Syriaco נפן *festinavit*, vnde פרפר *velox pedibus fuit*, cum terminat. servili נָא Esr. 5, 8. 6, 8. 12. 13. 7. 17. 21. 26. Gr. ἐπιδέξιον, ἐπιμελῶς. Elias in Methurgeman explicat per מהרה *cito*, et Melechides ad Esr. 5, 8. per מהירות ובזריזות *celeriter et studiose.*

סַרְבָּלִין cum affixo סַרְבָּלֵיהוֹן Dan. 3, 21. 17. Gr. σαράβαρα. סַרְבֵּל est *tegere*, *operire.* Vide Martinium in *Sarabarum.* et infra פטיש

סָרְכִין pl. m. Dan. 6, 2. vel 3. In reg. סָרְכֵי v. 7. vel 8. Cum nota articuli סָרְכַיָּא v. 3. 4. 6. vel 4. 5. 7. Gr. τακτικούς. Magistri Iudaici tres satraparum, qui in omnibus provinciis fuerunt, hoc nomine appellantur, constituentes collegium sive consilium, quibus Satrapae rationes redderent. In Tharg. respondet Hebraeo שׁוֹטֵר

סתר Ezr. 5, 12. וּבַיְתָה דְנָה סַתְרֵהּ *et domum hanc destruxit.* Gr. τὸν οἶκον τοῦτον κατέλυσε. Habet formam τοῦ Pael. Sed dagesch deficit. Respondet in Tharg. Hebraeo נָתַץ Part. plur. f. מְסַתְּרָתָא Hebr. הַנִּסְתָּרוֹת *occulta.* Dan. 2, 22. Gr. ἀπόκρυφα.

ע

עֲבַד Syris ܥܒܕ *fecit.* Hebr. עָשָׂה Dan. 3, 1. עֲבַד צֶלֶם דִּי דְהַב *fecit imaginem auream.* Gr. ἐποίησεν εἰκόνα χρυσῆν. Prima perf. עֲבַדֶת *feci.* Dan. 3, 15. עֲבַדוּ *fecerunt.* Ier. 10, 11. Inf. מֶעְבַּד *facere.* Ezr. 4, 22. Fut. תַּעְבְּדוּן *facietis.* Ezr. 6, 8. Part. עָבֵד *faciens facit.* Dan. 4, 32. Ithpeal. Part. דִּינָה לֶהֱוֵא מִתְעַבֵּד מִנַּהּ *iudicium fiat de ipso.* puniatur. Ezr. 7, 26. Fut. יִתְעֲבֵד *fiat.* Dan. 3, 29. תִּתְעַבְּדוּן *fietis, efficiemini.* Dan. 2, 5.

עֲבִידָה f. cum nota articuli עֲבִידְתָּא *opus.* Gr. τὰ ἔργα. Dan. 2, 49. In reg. עֲבִידַת Dan. 3, 12.

עֲבַד m. *servus.* Hebr. עֶבֶד Gr. δοῦλος. Dan. 6, 20. vel 21. Plur. עַבְדִּין cum affix. עַבְדָּיךְ *servi tui.* Ezr. 4, 11. עַבְדּוֹהִי *servi eius.* עַבְדּוֹהִי אֱלָהָא עִלָּיָא *servi Dei altissimi.* Dan. 3, 26. Affixum redundat.

מַעֲבַד Plur. cum aff. מַעְבָּדוֹהִי *facta eius.* Hebr. מַעֲשָׂיו Dan. 4, 34. vel 37. Gr. πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀληθινά.

עֲבַר *cis* vel *trans, vltra.* ex Hebr. עֵבֶר. עֲבַר נַהֲרָה *quod cis vel trans fluvium,* h. e. Euphratem, *est.* Ita hic appellatur regio ad Oceasum Euphratis posita, tum ab illis, qui in ea habitant, tum ab illis, qui ad ortum Euphratis habitant. quanquam et Mesopotamia Ios. 24, 2. 3. ponatur עֵבֶר הַנָּהָר *vltra fluvium,* nempe ad ortum. Ezr. 4, 10. וּשְׁאָר עֲבַר נַהֲרָה Gr. τὸ καταλοιπὸν πέραν τοῦ ποταμοῦ. *Et reliqui trans Euphrataei* vel *cis Euphrataei.* v. 11. אֱנָשׁ עֲבַר נַהֲרָה *vir* sive homines *cis Euphrataei.* Ezr. 5, 3. פַּחַת עֲבַר נַהֲרָה Gr. ἔπαρχος πέραν τοῦ ποταμοῦ. Vide Hebr. עֵבֶר

עַד *vsque ad.* Dan. 6, 7. vel 8. עַד יוֹמִין תְּלָתִין *ad dies triginta.* vsque dum finiantur dies triginta. Gr. ἕως ἡμερῶν τριάκοντα. Ezr. 5, 5. עַד טַעְמָא לְדָרְיָוֶשׁ יְהַךְ *donec res ad Darium deferretur.* Ellipsis pro עַד דִּי plene Dan. 2, 9. עַד דִּי עִדָּנָא

יִשְׁתַּנֵּא *donec tempus mutetur.* עַד כָּה *hucusque.* Gr. ἕως ὧδε. Dan. 7, 28.

עֲדָה Praet. 3 f. עַדַת Dan. 3, 27. וְרֵיחַ נוּר לָא עֲדָת בְּהוֹן *et odor ignis non transiit in eos.* Ne odor quidem ignis in ipsis fuit: non pertigit ad ipsos. Dan. 4, 28. vel 31. מַלְכוּתָא עֲדָת מִנָּךְ *regnum transiit a te.* Gr. ἡ βασιλεία παρῆλθεν ἀπὸ σοῦ. Dan. 7, 14. *Potestas seculi,* דִּי לָא יֶעְדֶּה *quae non transit.* Gr. ἥτις οὐ παρελεύσεται. ἀπαράβατος. Aphel. Dan. 5, 20. וְיָקָרָה הֶעְדִּיר מִנֵּה *et gloriam transtulerunt ab eo.* Gloria eius translata est ab ipso. Gr. ἡ τιμὴ ἀφῃρέθη ἀπ' αὐτοῦ. Part. Dan. 2, 21. מְהַעְדֵּא מַלְכִין *transferens* reges. Fut. וְשָׁלְטָנֵהּ יְהַעְדּוּן *et potestatem eius transferent,* auferent c. 7, 26. Gr. καὶ τὴν ἀρχὴν μεταστήσουσι. Resp. Hebraeo עבר

עִדָּן m. *tempus opportunum.* Gr. καιρός. Hebr. עֵת Dan. 7, 12. 25. עַד זְמַן וְעִדָּן *vsque ad tempus et opportunitatem.* Gr. ἕως καιροῦ καὶ καιροῦ. Quidni, ἕως χρόνου καὶ καιροῦ? Prius notat modum durationis, alterum commoditatem rei. Deus omnia fecit pulchre tempore suo. Dan. 2, 9. עַד דִּי עִדָּנָא יִשְׁתַּנֵּא *donec tempus mutetur.* Donec alius temporis alia negotia hanc rem excludant. Plur. עִדָּנִין Dan. 4, 13. vel 16. שַׁבְעָה עִדָּנִין *septem tempora.* h. e. anni. Dan. 7, 25. עַד עִדָּן וְעִדָּנִין וּפְלַג עִדָּן *vsque ad tempus et tempora et dimidium temporis.* Gr. ἕως καιροῦ καὶ καιρῶν καὶ ἥμισυ τῶν καιρῶν. Pro quo Dan. 12, 7. לְמוֹעֵד מוֹעֲדִים וָחֵצִי *ad tempus, tempora et dimidium.* Gr. εἰς καιρὸν καιρῶν καὶ ἥμισυ καιροῦ. Apocal. 12, 14. καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ. Quod Graecus Dan. 12, 7. vertit καιρὸν καιρῶν, nihil potest significare, nisi tempus praefinitum aliquod προθεσμίας complectens. Quod dilutius est. Cap. 7, 25. distinctius, *tempus et tempora,* nempe duo. in his עִדָּן ponitur pro χρόνῳ et προθεσμία. Ita et עֵת pro χρόνῳ ponitur, et καιρὸς Apoc. 12, 12. Sed de his ad Danielem et ad Apocalypsin.

Landesbibliothek Oldenburg

עוֹד *adhuc*. Gr. ἔτι. Dan. 4, 28. vel 31. עוֹד מִלְּתָא בְּפִיהּ מַלְכָּא *adhuc* erat *verbum in ore regis*. Vix locutus erat. Vide Hebr.

עוֹף m. *volucris*. Dan. 7, 6. בַּפִּין אַרְבַּע דִּי עוֹף *alae quatuor volucris*. Gr. πτερὰ τέσσαρα πετεινοῦ. Collective Dan. 2, 38. עוֹף שְׁמַיָּא *aves coeli dedit in manum tuam*. Vide Hebr.

עוּר m. *palea*. Gr. κονιορτὸς. Dan. 2, 35. כְּעוּר מִן אִדְּרֵי קַיִט *ut palea ab areis aestivis*. Rabbini expl. per Hebr. מוֹץ *gluma, acus*. Id enim ab areis avolare solet.

עָר m. pl. עָרִין cum aff. Dan. 4, 16. vel 19. *Et interpretatio eius* לְעָרָיִךְ *hostibus tuis*. Gr. τοῖς ἐχθροῖς σου. Parallelum לְשַׂנְאָיִךְ *osoribus tuis*. Videtur ex Hebraeo צַר esse formatum. Quidam similiter explicant עָרָיִךְ Ps. 139, 20. Sed id melius ex עִיר explicatur.

עֵז pl. עִזִּין Ezr. 6, 17. צְפִירֵי עִזִּין *hoedos caprarum*. Gr. χιμάρους αἰγῶν. Vide Hebr.

עִזְקָא, עִזְקָא f. *annulus*. Gr. δακτύλιος. Dan. 6, 17. vel 18. Cum affix. עִזְקָתֵיהּ *ibid.* conf. עזק Hebr. Respondet Hebr. חוֹתָם et מַטְּעַת

עַיִן f. *oculus*. Gr. ὀφθαλμός. In reg. עֵין Ezr. 5, 5. עֵין אֱלָהֲהוֹם *oculus Dei ipsorum*. Plur. עַיְנִין *oculi*. In reg. עַיְנֵי Dan. 7, 8. Cum aff. עַיְנַי Dan. 4, 31. vel 34.

עִיר m. *Vigil*. Dan. 4, 10. vel 13. עִיר וְקַדִּישׁ *Vigil et Sanctus*. Sic v. 20. vel 23. Conf. Ps. 33, 13. Plur. עִירִין Dan. 4, 14. vel 17. Gr. ἐγρ. Vide et מֵאמַר in אֲמַר

עַל praeposit. 1) *Super*. ἐπί. Dan. 2, 10. עַל יַבֵּשְׁתָּא *super arida*. 2) *Supra*. ὑπέρ. Dan. 3, 19. עַל דִּי חֲזָא לְמַזְגָּהּ *supra quam solebat accendi*. 3) *De*. περί. Dan. 2, 18. עַל רָזָא דְנָה *super arcano hoc*. 4) Pro אֶל *ad*. Dan. 2, 24. עַל עַל אַרְיוֹךְ *intravit ad Arioch*. Dan. 6, 16. אַרְגִּישׁוּ עַל מַלְכָּא *una venerunt ad regem*. 5) Ezr. 5, 17. הֵן עַל מַלְכָּא טָב *si apud regem bo-*

Landesbibliothek Oldenburg

num. Cum aff. עָלַי *ad me.* Dan. 4, 31. vel 34. עָלָיְנָא *ad nos.* Ezr. 4, 12. עָלָיִךְ *super te.* Dan. 3, 12. עָלוֹהִי *super ipsum.* Dan. 4, 12. vel 15. עָלַיהּ Dan. 4, 14. vel 17. et 5, 21. עָלֵיהֹם *super ipsos.* Ezr. 7, 24. et עָלֵיהוֹן Ezr. 5, 1. Vide Hebr.

עֲלָא *supra.* Dan. 6, 2. vel 3. עֲלָא מִנְּהוֹן *supra ipsos.* Gr. ἐπάνω αὐτῶν.

עלה Hinc nom. pl. לַעֲלָן Ezr. 6, 9. Hebr. לְעוֹלוֹת *in holocausta.* Gr. ὁλοκαυτώσεις.

עִלָּיוֹן plur. עִלָּיוֹנִין *Altissimi.* Dan. 7, 18. קַדִּישֵׁי עִלָּיוֹנִין Gr. ἅγιοι ὕψιστα. Sic v. 18. 22. 25. 27. In Hebraicis literis עֶלְיוֹן est nomen Dei.

עליא legitur עִלָּאָה *Altissimus.* ὁ ὕψιστος. Dan. 3, 26. עַבְדּוֹהִי דִי אֱלָהָא עִלָּיָא *servi Dei altissimi.* Dan. 4, 21. vel 24. וּגְזֵרַת עִלָּיָא הִיא *et decretum Altissimi est.* Dan. 7, 25. וּמִלִּין לְצַד עִלָּיָא יְמַלֵּל *et verba iuxta Altissimum loquetur.* Hebr. עֶלְיוֹן

עִלִּית f. Hebr. עֲלִיָּה Dan. 6, 10. vel 11. בְּעִלִּיתֵהּ Gr. ἐν τοῖς ὑπερῴοις αὐτοῦ. *in coenaculo eius.* ἀνώγεον.

עלל *intrare.* Hebr. בּוֹא Dan. 2, 16. עַל וּבְעָא *intravit et petiit.* Dan. 5, 10. לְבֵית מִשְׁתְּיָא עַלַּל *in locum convivii intravit.* Gr. εἰσῆλθεν. Part. Dan. 4, 4. vel 7. עָלִין *intrabant.* Sic Dan. 5, 8. Gr. εἰσεπορεύοντο. Aphel. הַנְעֵל pro הַעֵל pro dagesch excluso est נ, *introducere.* Hebr. הֵבִיא Praet. Dan. 2, 25. הַנְעֵל לְדַנִיֵּאל קֳדָם מַלְכָּא *introduxit Danielem in conspectum regis.* Imp. cum affixo, Dan. 2, 24. הַעֲלֵנִי *introduc me.* Gr. εἰσάγαγε. Inf. Dan. 5, 7. הֶעָלָה et Dan. 4, 3. vel 6. הַנְעָלָה Hophal. Dan. 5, 13. הָעַל *introductus est.* Gr. εἰσήχθη. Plur. Dan. 5, 15. הָעַלוּ *introducti sunt.*

מֶעַל Plur. in reg. Dan. 6, 14. vel 15. עַד מֶעֱלֵי שִׁמְשָׁא *usque ad occasum Solis.* Gr. ἕως ἑσπέρας. Hebr. עַד בּוֹא הַשֶּׁמֶשׁ

עֲלָה f. *causa*, *occasio*. Dan. 6, 4. vel 5, 5. vel 6. Gr. πρόφασιν. Puto esse ἀφορμήν. Sed עִילָא ex עָוַל ad aliam familiam pertinet.

עָלַם Hebr. עוֹלָם *seculum*. Gr. αἰών. Dan. 3, 33. vel 4, 3. מַלְכוּת עָלַם *regnum seculi*. aeternum. Dan. 7, 18. עַד עָלַם עָלְמַיָּא *vsque ad seculum seculorum*. Gr. ἕως αἰῶνος τῶν αἰώνων. Vsque ad aetatem, quae complectitur omnes aetates. Cum nota articuli. Ezr. 4, 15. מִן יוֹמָת עָלְמָא *a diebus seculi*. Gr. ἀπὸ ἡμερῶν αἰῶνος. Toto tempore, quo vrbs ea reges habuit. Plur. Dan. 2, 4. *Rex*, לְעָלְמִין חֱיִי *in secula vive*.

עלע Plur. nom. עִלְעִין f. *costae*. Dan. 7, 5. Gr. πλευρά. Ex Hebr. צֵלָע

עִם *cum*. Gr. μετὰ. Dan. 2, 11. עִם בִּשְׂרָא *cum carne*. Dan. 3, 33. vel 4, 3. וְשָׁלְטָנֵהּ עִם דָּר וְדָר *et potestas eius cum aetate et aetate*, per omnia saecula durabit. Dan. 7, 2. עִם לֵילְיָא *cum nocte*, in nocte. Cum aff. עִמִּי *mecum*. Dan. 3, 32. עִמָּךְ *tecum*. Ezr. 7, 13. עִמֵּהּ Dan. 2, 22. וּנְהוֹרָא עִמֵּהּ שָׁרֵא *et lux cum ipso habitat*. Veritas, scientia, sapientia, iustitia, beatitudo apud ipsum est. Ezr. 5, 2. עִמְּהוֹן *cum ipsis*. Vide Hebr.

עַם m. *populus*. Rabbini expl. קִבּוּץ מְיוּחָד לְרֹאשׁ מְיוּחָד *multitudo collecta ad certum caput*. Dan. 3, 29. כָּל־עַם עַמָּה וְלִשָּׁן *omnis populus, natio, et lingua*. Singularum civitatum singuli sunt populi. Gr. λαός. Dan. 2, 44. וּמַלְכוּתָהּ לְעַם אָחֳרָן לָא יִשְׁתְּבֵק *et regnum eius* (regni) *populo alii non relinquetur*. Bona populi regni illius et dignitas non perveniet ad alium populum, illo extincto. Cum nota art. עַמָּא Hebr. הָעָם ὁ λαός. Ezr. 7, 16. Plur. עַמְמַיָּא *populi*. Dan. 3, 4.

עַמִּיק *profundus*. Hebr. עָמֹק Pl. f. cum nota artic. Dan. 2, 22. עַמִּיקָתָא *profunda*. Gr. βαθέα.

Landesbibliothek Oldenburg

עֲמַר m. *lana*. Gr. ἔριον. Hebr. צֶמֶר Dan. 7, 9. כַּעֲמַר נְקֵא *vt lana munda*.

עֲנָה *profari, respondere*. Praet. 3. f. Dan. 5, 10. עָנַת מַלְכְּתָא וַאֲמַרַת *respondit regina et dixit*. Gr. simpliciter καὶ εἶπε. Dan. 2, 7. עָנוּ תִנְיָנוּת וְאָמְרִין *responderunt iterum et dixerunt*. Gr. ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπαν. Part. עָנֶה Dan. 2, 5. pl. עָנִין Dan. 3, 24. Vide Hebr.

עֲנִין m. pl. Hebr. עֲנִיִּים *inopes*. Gr. πενήτων. Dan. 4, 24. vel 27. Vide Hebr.

ענן plur. in reg. Dan. 7, 13. עִם עֲנָנֵי שְׁמַיָּא *cum nubibus coeli*. Gr. μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. Celerrime, divino vehiculo. Vide Hebr. עָנָן

ענף pl. עֲנָפִין m. *rami*. cum affix. עֲנָפוֹהִי *ramos eius*. Dan. 4, 9. 11. 18. vel 12. 14. 22. Gr. κλάδοι.

עֲנָשׁ Ezr. 7, 26. הֵן לַעֲנָשׁ נִכְסִין *sive ad multam opum*. Gr. ἐάν τε εἰς ζημίαν τοῦ βίου. Hebr. עוֹנֶשׁ

עֶבְרָת Ezr. 4, 10. וּשְׁאָר עֲבַר נַהֲרָה וּכְעֶנְתָּ *Et reliqui cisfluviani*. Sic v. 11. Ezr. 7, 12. *Esrae sacerdoti, scribae legis Dei coelorum perfecto*, וּכְעֶנְתָּ Ezr. 4, 17. וּשְׁאָר עֲבַר נַהֲרָה שְׁלָם וּכְעֶנְתָּ *et reliquis transfluvianis pacem*. Graecus plerumque non vertit. Tantum c. 4, 17. habet: καὶ φησιν. At c. 7, 12. pro וּכְעֶנְתָּ habet: Τετελέσθω λόγος καὶ ἀπόκρισις. Rabbi Sol. putat esse nomen loci. Id non improbat Aben-Esra. Qui tamen retur, ad עֵת Hebraeum referri posse. Atque hoc Rabbini potius sequuntur. Atque ego ita existimo, esse formulam, qua significatur, quaedam omissa esse, illi loco consentanea, quae opus non fuerit describi. Ita erit, κατὰ καιρὸν vel καὶ τὰ κείμενα. q. d. *Et caetera loco et tempori apta*.

Landesbibliothek Oldenburg

עפי Cum aff. עָפְיֵהּ Dan. 4, 9. 11. 18. vel 12. 14. 21. Gr. τὰ φύλλα αὐτοῦ. Elias. סְעִפִּים אוֹ עָלִים *rami aut folia. frondes.* Vide Hebr.

עצב, עֲצִיב *doloris plenus.* Dan. 6, 20. vel 21. בְּקָל עֲצִיב זְעִק *voce dolente clamavit. dolenter clamavit.* Gr. φωνῇ ἰσχυρᾷ. *voce valida.*

עִקַּר Dan. 4, 12. 20. 23. vel 15. 23. 26. עִקַּר שָׁרְשׁוֹהִי *stipitem radicum eius.* Gr. τὴν φυλὴν τῶν ῥιζῶν αὐτοῦ.

Verbum in *Ithpeal.* אֶתְעֲקָרוּ *exstirpata sunt*, cornua. legitur אֶתְעֲקָרָה forma foem. Gr. ἐξεῤῥιζώθη. Respondet Hebr. נָתַשׁ, הָרַס

ערב *Pael.* part. pass. מְעָרַב *mixtum.* Dan. 2, 43. Gr. ἀναμεμιγμένον. *Ithpael.* Part. Dan. 2, 43. מִתְעָרַב et plur. מִתְעָרְבִין *permiscetur, permiscentur.* ibid. Gr. ἀναμίγνυται, συμμιγεῖς ἔσονται. Vide Hebr.

עֲרַד plur. cum nota artic. עֲרָדַיָּא *onagri.* Dan. 5, 21. Gr. ὄναγροι. Hebr. עָרוֹד et פֶּרֶא

ערה, עַרְוָה In reg. עַרְוַת *nuditas, probrum, dedecus.* Hebr. עֶרְוָה Ezr. 4, 14. Gr. ἀσχημοσύνην.

עֲשַׂב Hebr. עִשָּׂב *herba.* Dan. 4, 12. vel 15. cum nota artic. עִשְׂבָּא Dan. 4, 29. vel 32. 5, 21. Gr. χόρτος.

עֲשַׂר f. *decem.* δέκα. Dan. 7, 7. m. עַשְׂרָה Dan. 7, 24.

עֶשְׂרִין *viginti.* Gr. εἴκοσι. Dan. 6, 2.

עשת Dan. 6, 3. vel 4. וּמַלְכָּא עֲשִׁית *et Rex cogitabat eum restituere.* Gr. κατέστησεν αὐτὸν. Sed minus hic significatur. Rex omnibus signis ostendit, se propensum ad hoc esse, vt in eius fidem totum regnum committeret: quemadmodum solent habere reges, quibus omnia committant. Vide Hebr.

עתיד Pl. עֲתִידִין *parati.* Dan. 3, 15. הֵן אִיתֵיכוֹן עֲתִידִין Gr. εἰ ἔχετε ἑτοίμως. *si parati estis.* Vide Hebr.

Landesbibliothek Oldenburg

עַתִּיק Dan. 7, 9. 22. עַתִּיק יוֹמִין *permanens diebus.* Vide Hebr. Gr. παλαιὸς ἡμερῶν. Conf. Pſ. 102, 27. 28. Cum nota articuli עַתִּיק יוֹמַיָּא v. 13. 22. Gr. ὁ παλαιὸς ἡμερῶν, et ὁ παλαιὸς τῶν ἡμερῶν. Vide Hebr.

פ

פּוּם m. *os.* Gr. στόμα. Dan. 4, 31. פֻּם Dan. 7, 8. Cum aff. בְּפֻמֵּהּ *in ore eius.* Dan. 7, 5. Hebr. פֶּה

פֶּחָה m. *praefectus.* Ezr. 5, 14. דִּי פֶחָה שְׁמֵהּ *quem praefectum conſtituerat.* In reg. פַּחַת Ezr. 5, 3. פַּחַת עֲבַר נַהֲרָה *praefectus Cisfluvianae* regionis. Gr. ἔπαρχος πέραν τοῦ ποταμοῦ. Pl. cum nota articuli. פַּחֲוָתָא *praefecti.* Dan. 3, 2. Vide Hebr.

פֶּחָר Hebr. יוֹצֵר *figulus.* Dan. 2, 41. חֲסַף דִּי פֶחָר *teſta figuli.*

פְּטִישׁ Dan. 3, 21. פַּטִישֵׁיהוֹן (legitur absque Iod) Gr. περικνημῖσι. Rabbin. מִכְנָסַיִם Legimus ibi quatuor vocabula: de quorum diſtincta notione diverſa ſententia eſt. פְּפִיחוּ בְּסַרְבָּלֵיהוֹן פַּטִישֵׁיהוֹן וְכַרְבְּלָתְהוֹן וּלְבוּשֵׁיהוֹן Infra v. 27. שְׂעַר רֵאשֵׁהוֹן לָא הִתְחָרַךְ וְסַרְבָּלֵיהוֹן לָא שְׁנָו *pili capitis eorum non erant aduſti,* etc. *Sarabala ipſorum non erant mutata.* Probe conſideratis omnibus, non videtur dubitandum, quin סַרְבָּלִין notet veſtem exteriorem, quae maxime in homine ſpectatur. Nam ibi intelligere ἀναξυρίδας aut *braccas* (vt quidam voluere) omiſſa mentione exterioris cultus, invenuſtum fuerit; quum, ſi toga non mutavit ſpeciem, etiam facile intelligatur, interiores veſtes non fuiſſe mutatas; quemadmodum, ſi pilus non eſt aduſtus, etiam tiaras non fuiſſe aduſtas, clare pateſcit. Non aeque apte, qui voluerit ſignificare, veſtes integras manſiſſe, omnium inſtar nominaverit braccas. Sed omnium loco externum veſtitum nominare, et ne ſpeciem quidem eius aut ſplendorem mutatum

Landesbibliothek Oldenburg

fuisse dicere, aptum est et venustum. Igitur non dubito, quin סַרְבָּלִין notet togas, aut pallia: כַּרְבְּלָן tiaras: פַּטִישִׁין περικνημίδας: et לְבוּשִׁין interiores vestes, quibus corpus texerant. Habebimus vestem corporis exteriorem et interiorem, tegmen capitis et pedum.

פְּלַג *Peil.* f. Dan. 2, 41. מַלְכוּ פְּלִיגָה *regnum divisum.* Gr. βασιλεία διηρημένη. Duo regna humana in vno, politicum et ecclesiasticum.

פְּלַג *pars, dimidium.* Dan. 7, 25. פְּלַג עִדָּן Gr. ἥμισυ καιροῦ. Respondet חֲצִי c. 12, 7.

פְּלַגָּה f. pl. cum affixo Ezr. 6, 18. בִּפְלַגָּתְהוֹן *in distributionibus suis.* Hebr. בְּמַחְלְקוֹתֵיהֶם Gr. ἐν διαιρέσεσιν αὐτῶν.

פְּלַח fut. pl. יִפְלְחוּן *colerent.* Dan. 3, 28. Gr. λατρεύσωσι. Dan. 7, 27. לֵהּ יִפְלְחוּן וְיִשְׁתַּבְּדוּן *ipsum colent et ei obedient.* Gr. δουλεύσουσι καὶ ὑπακούσονται. Part. פָּלַח Dan. 6, 16. vel 17. Gr. ᾧ σὺ λατρεύεις. pl. פָּלְחִין Dan. 3, 12. Respondet Hebraeo עבד

פֻּלְחָן m. Ezr. 7, 19. לְפֻלְחַן בֵּית אֱלָהָךְ *ad cultum domus Dei tui.* Gr. εἰς λειτουργίαν οἴκου Θεοῦ.

פְּסַנְטֵרִין Gr. ψαλτήριον. *Psalterium.* Dan. 3, 7. Per ה Dan. 3, 5. 10. 15.

פַּס, פַּסַּס Dan. 5, 5. פַּס יְדָא דִי כָתְבָא Gr. τοῦς ἀστραγάλους τῆς χειρὸς τῆς γραφούσης. Cum nota artic. v. 24. פַּסָּא Gr. ἀστράγαλος. פַּסַּת יַד גֻּבַר respondet Hebr. כַּף אִישׁ 1 Reg. 18, 44. פַּס et פַּסָּה notat, quod Hebraeis valet כַּף *palma.* Vide Hebr.

פַּרְזֶל Hebr. בַּרְזֶל *ferrum.* Gr. σίδηρος. Dan. 2, 33. Cum nota articuli פַּרְזְלָא Dan. 2, 34.

פְּרַס *dividere.* Part. פָּרֵס Pl. פָּרְסִין *dividunt.* Peil. f. פְּרִיסַת מַלְכוּתָךְ *divisum est regnum tuum.* Dan. 5, 25. 28. Gr. διῃρηται ἡ βασιλεία σου.

Landesbibliothek Oldenburg

פרק Imp. Dan. 4, 24. vel 27. וַחֲטָיָךְ בְּצִדְקָה פְּרָק *et peccata tua per institiam avelle.* Gr. λύτρωσαι. Vnde Vulg. *Peccata tua eleemosynis redime.* Inepte. Nunquam τὸ פרק neque in Hebraeo, neque in Chaldaeo sermone notat τὸ λυτρῶσθαι Verbum פרק proprie est *vellere*, *avellere.* deinde et *liberare.* Liberatio rei fit per *redemtionem* sive per λύτρωσιν. Non propterea omnis *liberatio* est *redemtio.* Neque peccata *redimi* possunt, vt *liberentur.* Peccator *liberatur*, non peccata. Quando verbum פרק significat *redimere*, notat *liberare per pretium.* Nam *liberationis* significatio praesupponitur. Vide Hebr. פרק

פרש *Pael.* Partic. passivum Ezr. 4, 18. *Libellus, quem misistis ad nos*, מִפְרַשׁ קְרֵי קָדָמָי *explicate lectus est coram me.* Graecus omittit. Syr. שְׁרִירָאִית *fideliter.* Confer Neh. 8, 8. Vide Hebr.

פַּרְשֶׁגֶן *exemplum.* Ezr. 4, 11. פַּרְשֶׁגֶן אִגַּרְתָּא *exemplum epistolae.* Gr. διαταγὴ v. 33. 5, 7. Gr. διασάφησις ἐπιστολῆς. Sic 7, 11. In Tha gum pro מִשְׁכַּב הַתּוֹרָה Ios. 8, 32. dicitur פַּרְשֶׁגֶן אוֹרַיְתָא Item Ier. 10, 11. Alibi פַּחְשָׁגֶן monente Elia. Rabb. טופס h. e. *typus.*

פְּשַׁר *interpretari.* Inf. Dan. 5, 16. פְּשָׁרִין לְמִפְשַׁר *interpretationes interpretari.* Gr. κρίματα συγκρῖναι. *Pael.* part. מְפַשַּׁר חֶלְמִין sensu substantivi, *interpretatio somniorum.* Dan. 5, 12. Gr. συγκρίνων ἐνύπνια.

פְּשַׁר nom. cum nota articuli פִּשְׁרָא *interpretatio.* Gr. σύγκριμα. Dan. 2, 25. Item פִּשְׁרָה Dan. 2, 7. 5, 12. In reg. Dan. 4, 3. vel 6. פְּשַׁר חֶלְמָא *interpretatio somnii.* Cum affixo פִּשְׁרֵהּ Dan. 4, 16. vel 19. quod legitur pro פִּשְׁרָא in eodem versu. Plur. פִּשְׁרִין Dan. 5, 16. Vide Hebr. פֶּשֶׁר Respondet Hebr. פִּתְרוֹן et שֵׁבֶר חֲלוֹם

פִּתְגָם *verbum.* Dan. 3, 16. לָא חַשְׁחִין אֲנַחְנָא עַל דְּנָה פִּתְגָם לְהַתֻּבוּתֶךָ *non opus habemus super hoc verbum* i. e. ad hoc *tibi*

respondere. Gr. ἐῆμα. Cum nota articuli פְּתְגָמָא Ezr. 4, 14. Respondet Hebr. דָּבָר Vide et Hebr.

פּתֵה Hinc nom. cum affixo פְּתֵיהּ *latitudo eius.* Dan. 3, 1. Gr. εὖρος. Ezr. 6, 3. Gr. πλάτος.

פְּתַח Peil. פְּתִיחוּ *aperti sunt.* Dan. 7, 10. Gr. ἠνεῴχθησαν. Part. plur. f. כַּוִּין פְּתִיחָן *fenestrae apertae.* Dan. 6, 10. vel 11. Gr. θυρίδες ἀνεῳγμέναι.

צ

צְבָא *velle.* צְבִית *volui.* Dan. 7, 19. Part. Dan. 5, 19. דִּי הֲוָא צָבֵא *quem volebat, occidebat.* Gr. ὃς ἠβούλετο. Infinit. cum aff. Dan. 4, 32. vel 35. כְּמִצְבֵּיהּ *secundum velle suum.* Gr. κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ. Fut. יִצְבֵּא Dan. 4, 14. vel 17. Respondet Hebr. אִבָּה חֶפֶץ רָצָה

צְבוּ Syris ܨܒܘܢ f. *voluntas.* Dan. 6, 17. vel 18. דִּי לָא תִשְׁנֵא צְבוּ בְּדָנִיֵּאל *ne mutaretur voluntas in Daniele.*

צבע *Pael.* Dan. 4, 22. vel 25. *Et de rore coeli* לָךְ מִצַּבְּעִין *te tingunt. Ithpael.* יִצְטַבַּע *tingetur, tingebatur.* Gr. ἐβάφη. Dan. 4, 12. vel 15. 20. vel 23. 30. vel 33. 5, 21. Resp. Hebr. כָּבַס et טבל Vide Hebr.

אֶצְבַּע *digitus.* plur. אֶצְבְּעָן *digiti.* Gr. δάκτυλοι. Dan. 5, 5. אֶצְבְּעָת Dan. 2, 42. Cum nota articuli אֶצְבְּעָתָא Dan. 2, 41. Vide Hebr.

צַד *latus.* Dan. 7, 25. וּמִלִּין מִצַּד עִלָּיָא יְמַלֵּל *et verba iuxta Altissimum loquetur.* Gr. καὶ λόγους πρὸς τὸν ὕψιστον λαλήσει. *contra Altissimum.* Sed magis significat, quod locuturus sit iuxta Altissimum, h. e. tanquam vicarius Altissimi, tanquam habens potestatem loquendi et leges dandi praeter Altissimum. Dan. 6, 5. עִלָּה מִצַּד מַלְכוּתָא *causa ratione regni.* in administratione regni et negotiorum regis. Vide Hebr.

צרא

Landesbibliothek Oldenburg

צדא Dan. 3, 14. הַצְדָא Gr. εἰ ἀληθῶς. Aben Esr. הָאֱמֶת הוּא Saadiah בְּוַדַּאי Sed R. Sol. An est res nihili et vacuum verbum meum? Videtur notari, *An de industria?*

צדק, צִדְקָה *iustitia.* Dan. 4, 24. vel 27. Gr. ἐν ἐλεημοσύναις. Vulgo Hebraei τὴν ἐλεημοσύνην vocant צְדָקָה δικαιοσύνην; quia iustum est pauperibus dare. Sed hoc loco melius est intelligere generaliter omne officium, omne fas, quicquid rectum et iustum est, pravitatique contrarium. Vide פרק Vide Hebr.

צַוָּאר *collum.* Gr. τράχηλος. Cum affixo צַוָּארָךְ Dan. 5, 16. צַוָּארֵהּ Dan. 5, 7.

צַלֵּא *orare.* in *Pael.* part. Dan. 6, 11. וּמְצַלֵּא *et orabat.* Gr. προσευχόμενος. Ezr. 6, 10. pl. וּמְצַלַּיִן לְחַיֵּי מַלְכָּא *et orantes pro vita Regis.* Gr. προσεύχωνται. Respondet Hebr. הִתְפַּלֵּל et קָרָא et צָעַק quando dicitur de clamore ad Deum.

צלח In *Aphel.* הִצְלַח I. transitive. Dan. 3, 30. *Tunc rex* הַצְלַח לְשַׁדְרַךְ בִּמְדִינַת בָּבֶל *fecit prospere agere* vel *procedere Sadrach, etc. in provincia Babylonica.* Gr. κατεύθυνε. Et alia addit, quae videntur explicare verbum hoc. ἤυξησε καὶ ἠξίωσεν αὐτοὺς ἡγεῖσθαι πάντων τῶν Ἰουδαίων τῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. II. intransitive. *Prospere agere.* Dan. 6, 29. *Et Daniel hic* הַצְלַח *prospere egit in regno Darii.* Gr. κατήυθυνεν ἐν τῇ βασιλείᾳ Δαρείου. Part. Ezr. 6, 14. בָּנַיִן וּמַצְלְחִין *aedificabant et proficiebant.* Aedificabant feliciter, Vide Hebr.

צְלֵם m. *imago.* Gr. εἰκὼν. Dan. 2, 31. לְצֶלֶם c. 3, 5. Cum nota articuli צַלְמָא ἡ εἰκὼν. c. 2, 3. 3, 19. וּצְלֵם אַנְפּוֹהִי אֶשְׁתַּנִּי *et imago faciei ipsius mutabatur.* Gr. ἡ ὄψις τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἠλλοιώθη. Vid. Hebr.

צפר pl. צִפֲּרִין *aves.* Gr. ὄρνεα. Dan. 4, 30. vel 33. In reg. צִפֲּרֵי שְׁמַיָּא *aves coeli.* Dan. 4, 9. vel 12. Cum nota articuli צִפֲּרַיָּא Dan. 4, 11. vel 14. Hebr. צִפֹּר

צפיר pl. in reg. צְפִירֵי עִזִּין *hircos caprarum.* haedos. Ezr. 6, 17. Gr. χιμάρους αἰγῶν. Vide Hebr.

ק

קבל *Pael.* Dan. 5, 31. vel 6, 1. קַבֵּל מַלְכוּתָא *accepit regnum.* Gr. παρέλαβε τὴν βασιλείαν. Occiso Belsassare Chaldaeo, rex factus est Darius Medus, ita vt tunc regnum esset Medorum, mox Persarum futurum, regnante Cyro. Dan. 7, 18. וְיִקַּבְּלוּן מַלְכוּתָא *et accipient regnum.* Gr. παραλήψονται τὴν βασιλείαν. Respondet v. 22. הֲחֲסִינוּ מַלְכוּתָא *regnum tenuerunt.* v. 27. מַלְכוּתָא יְהִיבַת *regnum datum est.* Vide Hebr.

קָבֵל cum ל, לָקְבֵל a Syriaco ܩܒܠ *obvius fuit.* 1) *contra, e regione, ex adverso.* Dan. 5, 1. לָקְבֵל אַלְפָא *coram mille illis.* Ibid. v. 5. לָקְבֵל נְבִרַשְׁהָא *contra lychnuchum.* Gr. κατέναντι. 2) Dan. 5, 10. לָקְבֵל מִלֵּי מַלְכָּא *propter verba regis.* q. d. *intuitu verborum Regis.* Ezr. 6, 13. לָקְבֵל דִּי שְׁלַח דָּרְיָוֶשׁ *propter id, quod misit Darius.* Gr. πρὸς ὃ ἀπέστειλε. *secundum id, quod misit.* 3) Item לָקְבֵל Dan. 3, 3. לָקְבֵל צַלְמָא *coram imagine.* Cum affixo. Dan. 2, 31. לָקְבָלְךָ *coram te.* Gr. πρὸ προσώπου σου. 4) Ezr. 4, 16. לָקְבֵל דְּנָה *propterea non est tibi pars in regione transfluviali.* כָּל־קָבֵל דְּנָה *propterea.* Gr. τότε. Dan. 2, 12. 5) כָּל־קָבֵל־דִּי *quia.* c. 2, 8. כָּל־קָבֵל דִּי חֲזַיתוּן *quia vidistis.* Gr. 6) καθότι ἴδετε. Dan. 6, 10. vel 11. כָּל־קָבֵל דִּי הֲוָא עָבֵד *quemadmodum fecerat.* Gr. καθὼς ἦν ποιῶν ἔμπροσθεν.

קֳדָם *coram.* Hebr. לִפְנֵי Dan. 2, 10. קֳדָם מַלְכָּא *coram rege.* Gr. ἐνώπιον τοῦ βασιλέως. מִן קֳדָם Hebr. מִלִּפְנֵי מֵעִם מֵאֵת *a.* Gr. ἀπὸ προσώπου. Dan. 2, 15. לֶהֱוֹן דַּחֲלִין מִן קֳדָם אֱלָהּ דַּנִּיאֵל *timeant Deum Danielis.* Ibid. cum affixo. מִן קֳדָמַי שִׂים טְעֵם *a me edicitur.* קֳדָמָךְ *coram te.* Dan. 6, 23. קֳדָמוֹהִי Dan. 4, 5. vel 8. קֳדָמֵיהּ *ante eam.* Dan. 7, 7. קֳדָמֵיהוֹן *coram ipsis.* Dan. 4, 4. vel 7.

Landesbibliothek Oldenburg

קַדְמַת Dan. 6, 10. vel 11. מִן קַדְמַת דְּנָה *antehac*. Gr. ἔμπροσθεν. Vide Hebr.

קדמי Plur. cum nota articuli קַדְמָיֵא *priores*. Dan. 7, 24. Gr. τὰς ἔμπροσθεν. Foem. cum nota artic. קַדְמָיְתָא *prima* beſtia Dan. 7, 4. Gr. τὸ πρῶτον. Plur. קַדְמָיָתָא *priora* cornua. Dan. 7, 8. Gr. τῶν ἔμπροσθεν αὐτῆς.

קדש Nomen קַדִּישׁ *ſanctus*. Hebr. קָדוֹשׁ Gr. ἅγιος. Dan. 4 10. vel 13. עִיר וְקַדִּישׁ *Vigil et Sanctus*. 4, 15. וּמֵאמַר קַדִּישִׁין שְׁאֵלָתָא *et dictum Sanctorum rogatio*. Conf. קְדוֹשִׁים Hoſ. 14, 1. Prov. 9, 10. 30, 3. Plur. אֱלָהִין קַדִּישִׁין *dii ſancti*. Dan. 4, 5. vel 8. Dan. 7, 20. עִבְדָא קְרָב עִם קַדִּישִׁין *fecit bellum cum ſanctis*. Dan. 7, 18. קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין Gr. ἅγιοι ὑψίστου. Vide Hebr. עֶלְיוֹן

קול Chald. קָל *vox*. Gr. φωνή. Dan. 3, 5. c. 6, 21. בְּקָל עֲצִיב *voce dolente*. Dan. 7, 11. vel 12. מִן קָל מִלַּיָּא רַבְרְבָתָא *a voce oerborum magnorum*. Propter doctrinam blaſphemam et gloriationem enormem.

קום Praet. קָם *ſurrexit*. Dan. 3, 24. Gr. ἐξανέστη. Ezr. 5, 2. קָמוּ *ſurrexerunt*. imp. f. Dan. 7, 5. קוּמִי *ſurge*. Fut. c. 6, 20. vel 21. וְקוּם *ſurgebat*. Part. קָאֵם *ſtans, ſtabat*. c. 2, 31. Plur. קאמין legitur קָיְמִין c. 3, 3. 7, 16. עַל חַד מִן קָאֲמַיָּא *ad vnum ſtantium*. Gr. ἐπὶ τῶν ἑστηκότων. *Pael*. Inf. c. 6, 7. vel 8. לְקַיָּמָה קְיָם מַלְכָּא *ad ſtabiliendum ſtatutum regium*. Gr. στῆσαι. *Aphel*. הֲקִים *erexit*. c. 3, 2. Gr. ἔστησε. Cum affix. Dan. 3, 1. אֲקִימֶהּ *erexit eam*. c. 5, 11. הֲקִימֶהּ *conſtituit eum*. c. 3, 1. הֲקִמְתָּ *erexi*. Fut. c. 2, 44. יָקִים *eriget*. et Dan. 5, 21. וְהָקִים c. 6, 8. vel 9. תְּקִים Part. c. 2, 21. מְהָקִים מְלָכִין *erigens reges*. Inf. c. 6, 3. vel 4. לַהֲקִמוּתֵהּ עַל־כָּל־מַלְכוּתָא *eum praeficere toti regno*. Phraſis ſimilis c. 4, 14. vel 17. 5, 21. 6, 20. vel 21. *Hophal*. c. 7, 4. הָקִימַת *erecta eſt, conſtituta eſt*. Gr. ἐστάθη. Sic v. 5. לְשִׁטַּר חַד הָקִימַת Quod tamen in manuſcripto

Landesbibliothek Oldenburg

Bibliothecae nostrae est הֲקִימַת cum annotatione Masorethica, bis reperiri. Gr. ἐστάθη.

קְיָם m. *statutum*. Syr. ܩܝܡܐ LXX. et Theodotion nimis etymologice στάσις. Dan. 6, 7. vel 8. 15. vel 16. Alioqui in Thargum respondet Hebr. שְׁבוּעָה נֵדֶר בְּרִית

קַיָּם m. *manens*. Dan. 6, 26. vel 27. אֱלָהָא חַיָּא וְקַיָּם לְעָלְמִין *Deus vivus et manens in secula*. Gr. θεὸς ζῶν καὶ μένων ἀς τοὺς αἰῶνας. Foem. Dan. 4, 23. vel 26. מַלְכוּתָךְ לָךְ קַיָּמָה *regnum tuum tibi manet*. Gr. ἡ βασιλεία σου σοί μένει.

קְטַל *occidere*. Part. Dan. 5, 19. הֲוָא קָטִיל *occidebat*. Gr. ἀνῄρει. *Peil*. Dan. 5, 30. קְטִיל *occisus est*. Gr. ἀνῃρέθη. Foem. קְטִילַת Dan. 7, 11. Pael. Dan. 3, 22. קַטֵּל הִמּוֹן *occidit eos*. Inf. Dan. 2, 14. לְקַטָּלָה *ad occidendum*. *Ithpael*. Dan. 2, 13. מִתְקַטְּלִין *occidebantur*. Gr. ἀπεκτείνοντο. *Ithpeal*. Infinit. לְהִתְקְטָלָה *vt interficerentur*. τοῦ ἀναιρεῖσθαι. Gr. ἀνελεῖν. Dan. 2, 13. Vide Hebr.

קטר Num. plur. קִטְרִין Dan. 5, 12. וּמְשָׁרֵא קִטְרִין *solutio nodorum*. Gr. λύων συνδέσμους. Et v. 16. c. 5, 6. קִטְרֵי חַרְצֵהּ *vincula lumborum eius*. Gr. οἱ σύνδεσμοι ὀσφύων αὐτοῦ. Ex Hebr. קָשַׁר

קַיִט *aestas*. Hebr. קַיִץ Dan. 2, 35. מִן אִדְּרֵי קַיִט *ab areis aestivis*. Gr. ἀπὸ ἅλωνος θερινῆς.

קְנָא Fut. תִּקְנֵא *emes*. Ezr. 7, 17. Hebr. קָנָה

קצה 1) Dan. 2, 42. מִן קְצַת מַלְכוּתָא תֶּהֱוֵא תַקִּיפָא *Ex parte regnum erit validum*. Gr. μέρος τι τῆς βασιλείας. 2) Dan. 4, 26. vel 28. לִקְצַת יַרְחִין *post menses duodecim*. Gr. μετὰ δωδεκάμηνον. Dan. 4, 31. vel 34. לִקְצַת יוֹמַיָּא *post dies*. Gr. μετὰ τὸ τέλος τῶν ἡμερῶν. Vide Hebr.

קְצַף Dan. 2, 12. *efferbuit*. Vide Hebr.

קְצָף nom. m. Hebr. קֶצֶף *fervor*. Ezr. 7, 23. Gr. ὀργή.

קְצַץ *Pael.* Imp. Dan. 4, 11. vel 14. קַצֻּצוּ עֲנָפוֹהִי *amputate ramos eius.* Gr. ἐκτίλατε τὰς πλάδας αὐτοῦ.

קְרָא 1) *clamare.* Part. קָרֵא *clamans, praeconians.* Dan. 3, 4. Gr. βόα. 2) *legere.* *Peil.* קְרִי *lectus est.* Libellus. Ezr. 4, 18. ἀνεγνώσθη. Sed Graecus aliter. Inf. מִקְרָא *legere.* Dan. 5, 8. Gr. ἀναγνῶναι. Fut. אֶקְרֵא *legam.* Dan. 5, 17. יִקְרֵה *leget.* Dan. 5, 7. יִקְרוֹן *legerent.* Dan. 5, 15. Gr. ἀνεγνῶσι. *Ithpeal.* Fut. יִתְקְרֵי *vocetur.* Dan. 2, 12. Vide Hebr.

קְרַב 1) *accedere, appropinquare.* Praet. קְרַב *accedebat.* Dan. 3, 26. Gr. προσῆλθε קְרֵבֵת *accessi.* Dan. 7, 16. Gr. προσῆλθον קְרִבוּ *accesserunt.* Dan. 3, 8. כְּמִקְרְבֵהּ *quum appropinquaret.* Dan. 6, 20. vel 21. 2) *Pael.* Ezr. 7, 17. וּתְקָרֵב הִמּוֹ עַל מַדְבְּחָה *et offeres ea in altari.* Gr. προσοίσεις αὐτὰ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου. *Aphel.* וְהַקְרִבוּ *et obtulerunt.* Ezr. 6, 17. Gr. προσήνεγκαν. הַקְרִבוּהִי *prope adduxerunt,* vel, *datum est ei accedere.* Dan. 7, 13. Gr. προσήχθη αὐτῷ. Part. pl. מַהַקְרְבִין *offerentes.* Ezr. 6, 10. Gr. προσφέροντες. Vide Hebr.

קְרָב m. *bellum.* Dan. 7, 21. Vide Hebr.

קִרְיָה f. et קִרְיָא cum nota articuli קִרְיְתָא πόλις, ἡ πόλις. Ezr. 4, 10. 15. Vide Hebr.

קֶרֶן f. 1) *cornu.* Gr. κέρας. Dan. 7, 8. Cum nota artic. קַרְנָא Dan. 7, 11. 2) Item *cornu,* instrumentum musicum. Dan. 3, 5. Duale sensu plurali. Dan. 7, 7. קַרְנַיִן עֲשַׂר לָהּ *cornua decem habebat.* Cum nota articuli קַרְנַיָּא τὰ κέρατα. Dan. 7, 8.

קרץ Plur. cum aff. קַרְצוֹהִי Dan. 6, 25. קַרְצֵיהוֹן Dan. 3, 8. Secum habet verbum אכל Graecus per διαβάλλειν explicat. Vsitata satis phrasis, sed vis eius obscura. In Tharg. respondet Hebr. רָבִיל et רָגַל Omitto doctorum coniecturas. Quid? si sumtum sit a parasitis: qui pro offa, quam liguriunt,

Landesbibliothek Oldenburg

regibus ſuis nutum et occultam ſugillationem proximi vendunt? Vide Pſ. 35, 16. *Pro ſimulatis deriſionibus offa frendent contra me dentibus ſuis.* Dum offam vorant, quae ipſis per ludibrium datur, in gratiam praebentium eam frendent contra me dentibus ſuis. Neque illud videtur alienum. Qui alium calumniatur et accuſat, ad necem eius, os aperit contra eum, tanquam necem et peſtem eius deglutiens. Noxa alterius ipſius cibus eſt, cui inhiat. קֶרֶץ Hebr. *excidium*, *mactatio*, *laniena*.

קְשֹׁט *veritas.* Dan. 4, 34. vel 37. דִּי כָל־מַעְבְּדוֹהִי קְשֹׁט *cuius omnia opera veritas.* Gr. ὅτι πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀληθινά. Dan. 2, 47. מִן קְשׁוֹט דִּי *Verum eſt, quod Deus veſter ſit Deus deorum.* Gr. ἐπ' ἀληθείας. Vide Hebr. Reſp. Hebr. אֱמֶת

קַתְרֹס (ſcribitur קיתרס) *cithara.* Gr. κιθάρα. Dan. 3, 5. Reſpondet Hebraeo כִּנּוֹר

ר

ראה, רֵיָא cum affixo רֵיֵהּ *aſpectus eius.* Dan. 2, 31. ἡ πρόσοψις αὐτῆς. Hebr. מַרְאֵהוּ

רֵאשׁ m. 1) *caput.* Cum nota artic. רֵאשָׁה Dan. 2, 28. *Tu es* רֵאשָׁה דִּי דַהֲבָא *caput aureum.* Gr. ἡ κεφαλὴ ἡ χρυσῆ. Plur. רֵאשִׁין *capita.* Dan. 7, 6. Ex forma Hebr. דִּי בְּרָאשֵׁהֹם Ezr. 5, 10. Gr. τῶν ἀρχόντων αὐτῶν. 2) רֵאשׁ pro *capite rei* ſive *ſumma.* Dan. 7, 1. רֵאשׁ מִלִּין אֲמַר *ſummam verborum dixit.* Omnia verba dixit. Vide Hebr. ראשׁ

רבב Hinc רַב *magnus.* Dan. 2, 45. אֱלָה רַב *Deus magnus notificavit regi.* Gr. ὁ θεὸς ὁ μέγας. Addidit articulum. Ezr. 5, 11. וּמֶלֶךְ לְיִשְׂרָאֵל רַב *et rex Iſraëlis magnus.* Cum nota artic. Dan. 7, 2. לְיַמָּא רַבָּא *in mare magnum.* Foem. Dan. 4, 27. vel 30. בַּבֶל רַבְּתָא *Babylon magna.* Gr. βαβυλὼν ἡ μεγάλη. Dan. 2, 10.

כָּל־מַלְכָּא רַב וְשַׁלִּיט *omnis rex, magnas et dynasta.* Dan. 2, 48. רַב כְּנָנָיָא *magistrum antistitum.* Gr. ἄρχοντα.

רברב pl. רַבְרְבִין Dan. 3, 33. אָתוֹהִי כְּמָה רַבְרְבִין *signa eius quam grandia.* Gr. μεγάλα. Plur. f. מַתְּנָן רַבְרְבָן שַׂגִּיאָן *dona magna multa* Dan. 2, 48. Gr. δόματα μεγάλα καὶ πολλά. Cum nota articuli רַבְרְבָתָא Dan. 7, 11.

רַבְרְבָן Syris ܪܒܪܒܢܐ m. pl. cum aff. רַבְרְבָנַי *magnates mei.* Dan. 4, 33. vel 36. Gr. οἱ μεγιστᾶνές μου. Dan. 7, 8. 20. *verba blasphema in Deum.* vt ὑπερηφανία μεγαλη I Macc. 1, 24.

רַבּוֹ pl. רִבְוָן Dan. 7, 10. רִבּוֹ רִבְוָן *myrias myriadum.* Gr. μύριαι, μυριάδες.

רְבָה *crescere.* Dan. 4, 8. vel 11. רְבָה אִילָנָא וּתְקִף *crevit arbor et invaluit.* Gr. ἐμεγαλύνθη τὸ δένδρον. Foem. Dan. 4, 19. vel 22. רְבוּתָךְ רְבָת וּמְטַת לִשְׁמַיָּא *magnitudo tua crevit et pertigit ad coelum.* Gr. ἡ μεγαλοσύνη σου ἐμεγαλύνθη. רְבֵית *crevisti.* י dicitur abundare. Gr. ἐμεγαλύνθης. Dan. 4, 19. vel 22. *Pael.* Dan. 2, 48. מַלְכָּא לְדָנִיֵּאל רַבִּי *rex Danielem magnum fecit,* summos ei honores contulit, Gr. ἐμεγάλυνεν.

רְבוּ f. *magnitudo.* Dan. 4, 33. vel 36. רְבוּ יַתִּירָה Gr. μεγαλωσύνη Cum nota articuli רְבוּתָא Dan. 5, 18.

רבע, אַרְבַּע f. *quatuor.* Dan. 7, 2. אַרְבַּע רוּחֵי שְׁמַיָּא *quatuor venti* (*coeli.*) Gr. οἱ τέσσαρες ἄνεμοι. אַרְבְּעָה m. *quatuor.* Dan. 3, 25. גֻּבְרִין אַרְבְּעָה *quatuor viros.*

רביעי Foeminin. Dan. 2, 40. רְבִיעָיָא Gr. βασιλεία τετάρτη. Cum nota articuli. Dan. 7, 19. עַל חֵיוָתָא רְבִיעָיְתָא Gr. περὶ τοῦ θηρίου τοῦ τετάρτου. *De animali quarto.* Vide Hebr.

רגז *Aphel.* Ezr. 5, 12. מִן דִּי הַרְגִּזוּ אֲבָהָתָנָא *Ex quo ad iram provocarunt patres* maiores *nostri Deum* (*coeli.*) Gr. ἀφότε παρώργισαν.

Landesbibliothek Oldenburg

רְגַז *ira*. Dan. 3, 13. בִּרְגַּז *in ira* ſive *commotione*. Gr. ἐν θυμῷ. Vide Hebr.

רגל dual. רַגְלַיִן *pedes*. Dan. 7, 4. Gr. ἐπὶ ποδῶν ἀνθρώπου. Cum nota artic. רַגְלַיָּא Dan. 2, 41. Cum affix. רַגְלוֹתִי *pedes eius*. Dan. 2, 33. בְּרַגְלָיהּ *pedibus ſuis*. Dan. 7, 7.

רגש Aphel. Dan. 6, 7. דַּרְגִּישׁוּ *convenerunt*. Vide Hebr.

רוא vide ראה

רוּחַ f. Tamen et maſc. venit. *Spiritus, ventus*. Dan. 4, 5. vel 8. רוּחַ אֱלָהִין קַדִּישִׁין *ſpiritus deorum ſanctorum*, ſpiritus divinus. Gr. πνεῦμα θεοῦ ἅγιον. Dan. 5, 12. רוּחַ יַתִּירָא *ſpiritus abundantior*, eximia facultas. et 6, 4. c. 2, 35. וּנְשָׂא הִמּוֹ רוּחָא *et tulit eos ventus*, diſſipati ſunt a vento. Gr. καὶ ἐξῆρεν αὐτὰ τὸ πλῆθος τοῦ πνεύματος. Num quid legerunt הֲמוֹן pro הִמּוֹ? f. רוּחִי *ſpiritus meus*, h. e. animus meus. C. 7, 15. 5, 20. וְרוּחֵהּ תִּקְפַּת לַהֲזָרָה *et ſpiritus* (h. e. animus) *ipſius invaluit* elatus eſt *ad faciendum proterve*, vt inſoleſceret. Plur. in reg. רוּחֵי *venti*. Dan. 7, 2. Gr. οἱ τέσσαρες ἄνεμοι.

רום *efferri*, altiorem fieri. *Peil*. Dan. 5, 20. וּכְדִי רִם לִבְבֵהּ Gr. ὅτε ὑψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ. *Quum ſe ſuperefferret cor ipſius*, animo elatus inſoleſceret. *Pael*. Part. Dan. 4, 34. vel 37. אֲנָה מְרוֹמֵם *exalto* ſuper omnia. Gr. ὑπερυψῶ. Aphel. Dan. 5, 19. *Et, quem volebat*, הֲוָה מְרִים *exaltabat*. Gr. ὕψου. *Ithpael*. Dan. 5, 23. עַל מָרֵא שְׁמַיָּא הִתְרוֹמַמְתָּ *contra dominum coeli ſuperextuliſti te*. Vide Hebr.

רוּם nom. m. *altitudo, proceritas*. Gr. ὕψος. Dan. 3, 1. 4, 17. vel 20. Ezr. 6, 3. רוּמֵהּ *altitudo eius*.

רָז m. *ſecretum, arcanum*. Gr. μυστήριον. Dan. 4, 6. vel 9. Cum nota articuli רָזָא Dan, 2, 19. et רָזָה Dan. 2, 18. Plur. רָזִין Dan 2, 47. Cum nota articuli רָזֶיָּא Dan. 2, 29. Vide Hebr.

Landesbibliothek Oldenburg

רחם Nom. pl. m. רַחֲמִין *misericordia.* Gr. οἰκτιρμοὺς. Dan. 2, 18. Vide Hebr.

רָחוּם nomen viri. Ezr. 4, 8. 9. 17. 23.

רחץ *Ithpeal.* Dan. 3, 28. דִּי הִתְרְחִיצוּ עֲלוֹהִי *cui confisi sunt.* Gr. ὅτι ἐπεποίθεσαν ἐπ' αὐτῷ. Respondet Hebr. בָּטַח

רחק Nom. Ezr. 6, 6. רַחִיקִין הֲוֹו מִן תַּמָּה *longinqui inde estote.* Recedite longe. Gr. μακρὰν ὄντες ἐκεῖθεν. Vide Hebr.

רֵיחַ f. *odor.* Dan. 3, 27. רֵיחַ נוּר לָא עֲדָה בְּהוֹן *odor ignis non transiit in eos.* Gr. ὀσμὴ πυρὸς.

רכב Nom. foem. pl. צַרְכָּבָן *genua.* Cum aff. אַרְכָּבָתֵה *genua eius.* Dan. 5, 6. Gr. τὰ γόνατα αὐτοῦ. Respondet Hebr. בִּרְכַּיִם

רְמָא *coniicere.* Hebr. הִשְׁלִיךְ Dan. 6, 17. וּרְמוֹ לְגֻבָּא *et coniecerunt in caveam* vel *foveam.* Gr. ἐνέβαλον. Dan. 3, 24. רְמֵינָא *coniecimus.* Inf. מִרְמֵא *coniicere.* Dan. 3, 20. Ezr. 7, 24. *Vestigal etc.* לָא שְׁלִיט לְמִרְמָא עֲלֵהֹם *non permissum est imponere ipsis. Peil.* Dan. 3, 21. וּרְמִיו לְגוֹ אַתּוּן *et coniecti sunt in fornacem.* Gr. ἐβλήθησαν. Dan. 7, 9. עַד דִּי כָרְסָוָן רְמִיו *donec solia posita sunt.* Gr. ἐτέθησαν. *Ithpeal.* Dan. 3, 6. יִתְרְמֵא *coniicietur.* v. 15. תִּתְרְמוּן *coniiciemini.* Gr. ἐμβληθήσεσθε. Vide Hebr.

רע, אַרַע מִנָּךְ (scribitur ארעא) Dan. 2, 39. *infra te.* Gr. ἥττων σου.

אַרְעִית *imum.* Dan. 6, 24. vel 25. לְאַרְעִית גֻּבָּא *ad imum foveae.* Gr. ἔδαφος. Resp. Hebr. תַּחְתִּית

רעא ex Hebr. רצה Nom. רְעוּת *voluntas.* Ezr. 5, 17. c. 7, 18. כִּרְעוּת אֱלָהֲכֹם *secundum voluntatem Dei vestri.* Gr. ὡς ἀρεστὸν τῷ θεῷ ὑμῶν.

רעיון Plur. in reg. Dan. 2, 30. וְרַעְיוֹנֵי לִבְבָךְ תִּנְדַּע *et cogitationes animi tui* ipse *cognosceres.* Gr. διαλογισμοὺς. Dan. 7, 28. רַעְיוֹנַי יְבַהֲלֻנַּנִי *cogitationes meae turbabant me.* Gr. οἱ διαλογισμοί μου. Dan. 2, 29. רַעְיוֹנָיךְ *cogitationes tuae.* Dan. 4, 16. vel 19.

Landesbibliothek Oldenburg

רָעְיוֹנֹהִי *cogitationes eius.* Vide Hebr. רֵעַ In Thargum respondet Hebraeo זִמּוֹת et סְעִפִּים.

רַעֲנַן m. *virens, florens.* Dan. 4, 1. vel 4. וְרַעֲנַן בְּהֵיכְלִי *et florens in palatio meo.* Gr. ἐυθαλῶν.

רעע *conquassare.* Dan. 2, 40. תַּדִּק וְתֵרֹעַ *comminuet et conteret.* Gr. λεπτυνεῖ καὶ δαμάσει. Pael. part. ibid. מְרָעַע *conterit.* Dan. 2, 40. Vide Hebr.

רְפַס Part. foem. רָפְסָה *conculcabat.* Dan. 7, 7. Gr. συνεπάτει. Elias expl. דרך Respondet Hebr. רקע

רְשַׁם *exarare.* Dan. 6, 9. vel 10. רְשַׁם כְּתָבָא וֶאֱסָרָא *exaravit scriptum et interdictum.* Gr. ἐπέταξε γραφῆναι τὸ δόγμα. Recta expositio. Iussit scribi. Ita Pilatus dicitur scripsisse titulum crucis. *Peil.* Dan. 5, 24. וּכְתָבָא דְנָה רְשִׁים *et scriptum hoc exaratum est.* v. 25. Gr. ἐντεταγμένη. Sic 6, 10. vel 11. Gr. ἐνετάγη. At v. 8. vel 9. ἔκθες γραφὴν. Inconstanter. Vide Hebr. Respondet in Tharg. τῷ חקק et חרת et כתב et התוה

ש

שְׁאֵל *petere, postulare; rogare, interrogare.* Dan. 2, 10. לָא שְׁאֵל *non postulavit.* Gr. ἐπερωτᾷ. Ezr. 5, 9. שְׁאֵלְנָא לְשָׂבַיָּא אֵלֵךְ *rogavimus seniores illos.* v. 10. *Nomina eorum* שְׁאֵלְנָא לְהוֹם *rogavimus eos.* Gr. ἠρωτήσαμεν. Part. שָׁאֵל Dan. 2, 11. Fut. cum aff. Ezr. 7, 21. דִּי יִשְׁאֲלֶנְכוֹן עֶזְרָא *quod rogabit vos Ezra.*

שְׁאֵלְתָּא f. *rogatio.* Dan. 4, 14. vel 17. וּמֵאמַר קַדִּישִׁין שְׁאֵלְתָּא *et dictum Sanctorum* est *rogatio.* *Rogatio* dicitur *decretum Vigilum,* quia quasi perrogatis sententiis factum est. *Dictum sanctorum,* quia Sancti vna voluntate id iusserunt. *Vigiles* et *sancti* dicuntur, quorum est non dormire, neque nictare, et omnes actus hominum intueri, et hominem conservare. *Sancti,* qui ab omni impuritate et vilitate remoti sunt. Quorum

Landesbibliothek Oldenburg

voluntas vna est, vt natura. Gr. ῥῆμα ἁγίων τὸ ἐπερώτημα. Vide Hebr.

שְׁאָר m. *reliquum*. Dan. 2, 18. עִם שְׁאָר חַכִּימֵי בָבֶל *cum reliquis sapientibus Babel*. Gr. μετὰ τῶν ἐπιλοίπων σοφῶν. Ezr. 7, 18. בִּשְׁאַר כַּסְפָּא *reliquo argento*. Cum nota articuli. Dan. 7, 7. שְׁאֵרָה *reliquum*. Gr. τὰ ἐπίλοιπα. Vide Hebr.

שבב Nom. m. cum nota art. Dan. 3, 22. *Occidit eos* שְׁבִיבָא דִי נוּרָא *flamma ignis*. Plur. שְׁבִיבִין Dan. 7, 9. *Solium eius* שְׁבִיבִין דִּי נוּר *flammae ignis*. Gr. φλὸξ πυρός.

שַׁבַּח *Pael. laudare*. שַׁבַּחְתָּ *laudasti*. Dan. 5, 23. Gr. ἤνεσας. שַׁבְּחֵת *laudavi*. Dan. 4, 31. vel 34. Part. מְשַׁבַּח אֲנָא *laudo*. Dan. 2, 23. Vide Hebr.

שֵׁבֶט Pl. in reg. לְמִנְיַן שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *iuxta numerum tribuum Israëlis*. Ezr. 6, 17. Gr. εἰς ἀριθμὸν φυλῶν Ἰσραήλ. Vide Hebr.

שבע, שִׁבְעָה *septem*. Gr. ἑπτὰ. Dan. 3, 19. חַד שִׁבְעָה *septuplo*. Gr. ἑπταπλασίως. Ezr. 7, 14. שִׁבְעַת יַעֲטוֹהִי *septem consiliarii eius*. Vide Hebr.

שְׁבַק Syris ܫܒܩ vide *Assemani* B. O. T. I. p. 370. *relinquere*. Imp. Dan. 4, 12. vel 15. שְׁבֻקוּ *relinquite*. Gr. ἐκσατε. Infin. לְמִשְׁבַּק *relinquere*. Matth. 27, 46. σαβαχθανί. *reliquisti me*. שִׁבַּקְתַּנִי Resp. Hebr. עָזַב *Ithpeal*. Dan. 2, 44. לְעַם אָחֳרָן לָא תִשְׁתְּבֵק *populo alii non relinquetur*, regnum. Vide עַם

שבש *Ithpael*. Dan. 5, 9. רַבְרְבָנוֹהִי מִשְׁתַּבְּשִׁין *magnates eius perplexabantur*. Gr. συνεταράσσοντο. Proprie est ramorum. Rami שבשין dicuntur, pro Hebr. שָׂרִיגִים et שַׁבְשֵׁב est *frondescere*. Notatur שְׁמָמָה ἔκπληξις.

שְׂגָא fut. שְׁלָמְכוֹן יִשְׂגֵּא *pax vestra abundet*, Salutem vobis dico plurimam. Dan. 3, 31. vel 4, 1. Gr. εἰρήνη ὑμῖν πληθυνθείη.

שַׂגִּיא 1) *multus* et *magnus*. Dan. 7, 5. אֱכָלִי בְשַׂר שַׂגִּיא *ede carnis multum*. Gr. φάγε σάρκας πολλὰς. Dan. 2, 31. צְלֵם

חַד שַׂגִּיא *imago vna magna.* Dan. 4, 7. vel 10. וְרוּמֵהּ שַׂגִּיא *et proceritas eius magna.* Gr. τὸ ὕψος αὐτοῦ πολύ. Dan. 4, 9. vel 12. וְאִנְבֵּהּ שַׂגִּיא *et fructus eius multus.* 2) Adverbialiter *valde, vehementer.* Dan. 2, 12. קְצַף שַׂגִּיא *efferbuit admodum.* Dan. 5, 9. שַׂגִּיא מִתְבַּהַל *valde consternabatur.* Dan. 6, 14. vel 15. שַׂגִּיא בְּאֵשׁ עֲלוֹהִי *valde displicuit ipsi.* v. 23. vel 24. שַׂגִּיא טְאֵב עֲלוֹהִי *admodum gratum ipsi fuit.* Hebr. מְאֹד Plur. f. Dan. 2, 48. מַתְּנָן רָבְרְבָן וְשַׂגִּיאָן *dona magna et multa.* Gr. δόματα μεγάλα καὶ πολλὰ. Ezr. 5, 11. שְׁנִין שַׂגִּיאָן *annis multis.* Gr. ἔτη πολλὰ. Vide Hebr.

שׁגל pl. cum aff. שְׁגֵלָתֵהּ *vxores eius.* Dan. 5, 2. Gr. παλλακαὶ. Aliene. v. 23. שֵׁגְלָתָךְ *vxores tuae.* Vide Hebr.

שׁדר *Ithpael.* part. Dan. 6, 14. vel 15. מַשְׁתַּדַּר לְהַצָּלוּתֵהּ Gr. ἀγωνιζόμενος. *studiose operam dabat.* Rabbini dicunt הִשְׁתַּדֵּל

אֶשְׁתַּדּוּר m. *conspiratio.* Ezr. 4, 15. 19. Gr. φυγαδεῖαι. An quia שַׁדַּר est *mittere?* Studia et factiones adversus monarchas intelligo.

שׂהד Hinc שַׂהֲדוּתָא f. *testimonium.* Gr. μαρτυρία. Gen. 31, 47. Vide Hebr.

שׂוב, שָׂב *senex, senior.* pl. Ezr. 5, 5. שָׂבֵי יְהוּדָיֵא *seniores Iudaeorum.* LXX. et Syr. legerunt שְׁבִי Sed infra πρεσβύτεροι. Cum nota art. שָׂבַיָּא ibid. v. 9.

שׁוה Pael. שַׁוִּי *ponere.* Dan. 5, 21. וְלִבְבֵהּ עִם חֵיוְתָא שַׁוִּי *et cor suum cum fera posuit* Coepit delectari ferina vita. Gr. ἐδόθη. passive. *Ithpael.* Dan. 3, 29. בַּיְתֵהּ נְוָלִי יִשְׁתַּוֵּא *domus eius sterquilinium ponatur,* fiat, evertatur.

שׂום *ponere.* Dan. 5, 12. שָׂם שְׁמֵהּ *posuit nomen eius.* Gr. ἐπέθηκεν ὄνομα αὐτῷ. Fecit ei nomen. Phrasin שָׂם טְעֵם vide in טְעֵם Ezr. 5, 14. דִּי פָּחָה שָׂמֵהּ *quem praefectum constituerat.*

Peil. שִׂים Dan. 3, 29. Imp. Ezr. 4, 21. שִׂימוּ טְעֵם *date operam.* Gr. θέτε γνώμην. Omnia consilia eo dirigite, et communi consensu ac decreto id agite. *Ithpeal.* Part. Ezr. 5, 8. אָע מִתְּשָׂם בְּכָתְלַיָּא *lignum ponitur in parietibus*, lignis integuntur parietes. Gr. ἐντίθεται. Fut. יִתְּשֹׂם Ezr. 4, 21. Part. Paul. f. שָׂמַח Dan. 6, 18. *ponebatur.* Vide Hebr.

שׁוק Nom. שָׁק Hebr. שׁוֹק Plur. cum aff. שָׁקוֹהִי *crura eius.* Dan. 2, 33. Gr. αἱ κνῆμαι. Vide Hebr.

שׁוּר *murus.* Hebr. חוֹמָה Plur. cun nota artic. שׁוּרַיָּא Ezr. 4, 12. 13. et שׁוּרַיָּה v. 16. Gr. τὰ τείχη.

שׁזב *Pael.* שֵׁיזִב *liberare.* Dan. 6, 28. vel 29. שֵׁיזִיב Dan. 3, 28. Gr. ἐξείλατο. Fut. יְשֵׁיזִיב Dan. 3, 17. Cum aff. Dan. 3, 15. יְשֵׁיזְבִינְכוֹן *eripiet vos.* Gr. ἐξελεῖται. Infin. cum aff. לְשֵׁיזָבוּתָנָא *eripere nos.* Respondet in Tharg. Hebraeis הַצִּיל, הִפְלֵט, שָׂרַד et עָרֵי מִקְלָט vertitur קִרְוֵי שֵׁיזְבַיָּא

שְׁחִיתָה *corruptnm, pravum.* Dan. 2, 9. Gr. διεφθαρμένον. c. 6, 5. Gr. ἀμπλάκημα. Vide Hebr.

שְׂטַר Dan. 7, 5. Gr. μέρος. In Thargum סְטַר respondet Hebraeis צַד, קָצֶה, צֵלַע

שכב Nom. מִשְׁכַּב cum aff. עַל מִשְׁכְּבִי *in cubili meo.* Dan. 4, 2. vel 5. Gr. κοίτη Vide Hebr,

שְׁכַח *Aphel.* אשכַּח *invenire.* Gr. εὑρίσκειν. Dan. 2, 25. הַשְׁכַּחַת *inveni.* Inf. הַשְׁכָּחָה *invenire* Dan. 6, 5. Fut. Ezr. 4, 15. תְּהַשְׁכַּח *invenies.* *Ithpeal.* חִשְׁתְּכַח *inventus est.* Dan. 2, 35. c. 5, 11. *Sapientia deorum* הִשְׁתְּכַחַת *inventa est in eo.* Dan. 5, 27. הִשְׁתְּכַחַתְּ *inventus es.* Respondet Hebraeo מָצָא

שׂכל Ithpeal. Dan. 7, 8. מִשְׂתַּכַּל הֲוֵית בְּקַרְנַיָּא *considerabam cornua.* Gr. προσενόουν τοῖς κέρασιν.

Nom. שִׂכְלְתָנוּ Dan. 5, 11. 12. 14. Gr. σύνεσις. Vide Hebr.

Landesbibliothek Oldenburg

שַׁכְלֵל ex כלל *Schaphel.* Ezr. 5, 11. *Rex magnus* בְּנָהִי וְשַׁכְלְלֵהּ *aedificavit eam* (domum) *et absolvit eam.* Gr. κατηρτίσατο. Sic Ezr. 6, 14. Inf. שַׁכְלָלָה Ezr. 5, 3. Gr. καταρτίσασθαι. Ezr. 4, 13. וְשׁוּרַיָּא יִשְׁתַּכְלְלוּן *et muri perficiuntur.*

שְׁכַן *habitare.* Fut. f. plur. יִשְׁכְּנָן *habitabant.* Dan. 4, 19. vel 21. Gr. κατεσκήνων. *Pael.* Ezr. 6, 12. דִּי שַׁכֵּן שְׁמֵהּ תַּמָּה *qui fecit habitare nomen suum ibi*, i. e. qui ibi habitat. Graec. ὃς κατασκηνοῖ τὸ ὄνομα ἐκεῖ. Vide Hebr.

מִשְׁכַּן cum aff. מִשְׁכְּנֵהּ Ezr. 7, 15. *Cuius tabernaculum.* Gr. ὃς κατασκηνοῖ.

שְׁלֵה, שְׁלָה *tranquillus.* Hebr. שְׁלֵו Dan. 4, 1. vel 4. Gr. εὐθηνῶν.

שְׁלָוָה cum aff. Dan. 4, 24. vel 27. *Sit prolixitas* לְשַׁלְוָתָךְ *tranquillitati tuae* vel felicitati. Gr. παραπτώματα legit: לְשָׁלְוָתָךְ cum Syro Theodot. Vulg. et Arabe — Cod. Regiom. 2dus habet in Sing. לְשַׁלְוָתָךְ Hebr. שַׁלְוָה

שְׁלוּ f. *error, defectus, negligentia.* Dan. 6, 5. Gr. παράπτωμα. Ezr. 4, 22. שְׁלוּ לְמַעְבַּד עַל דְּנָה *delinquere.* Ezr. 6, 9. דִּי לָא שָׁלוּ *sine defectu aut neglectu.* Gr. τὸ μὴ καταργηθῆναι. Dan. 3, 29. *qui dixerit* שְׁלָה עַל אֱלָהֲהוֹן *errorem contra Deum illorum.* qui irreverenter de eo locutus fuerit aut eum blasphemaverit. Gr. βλασφημίαν. Vide Hebr. שלה

שְׁלַח *mittere.* Dan. 3, 28. *qui* שְׁלַח *misit angelum suum.* Gr. ἀπέστειλε. Ezr. 4, 17. פִּתְגָּמָא שְׁלַח *verbum misit rex.* renunciari curavit. Dan. 3, 2. שְׁלַח לְמִכְנַשׁ *misit ad congregandum*, misit, qui congregarent. Ezr. 4, 11. שְׁלַחוּ *miserunt. Peil.* Dan. 5, 24. שְׁלִיחַ פַּסָּא דִי יְדָא *missa est pars manus.* Vide Hebr.

שְׁלַט *potestatem habere* aut *exercere.* Dan 3, 27. *quod* לָא שְׁלֵט נוּרָא *non habuisset potestatem ignis in corpore ipsorum.* Gr. οὐκ ἐκυρίευσε τὸ πῦρ τοῦ σώματος αὐτῶν. שְׁלִטוּ בהון Dan. 6, 25. *potestatem habuerunt in eos.* Gr. ἐκυρίευσε αὐτῶν. Futur. יִשְׁלַט

potestatem habebit. Gr. ἄρξει. *Aphel.* Dan. 2, 38. וְהַשְׁלְטָךְ בְּכֹלְּהוֹן *et fecit, ut potestatem haberes in omnia illa.* Gr. κατέστησέ σε κύριον πάντων. Vide Hebr.

שַׁלִּיט Hebr. מוֹשֵׁל *potestatem habens.* Dan. 4, 14. vel 17. *Quod* שַׁלִּיט *potestatem habeat Altissimus in regnum hominum.* Gr. ἐκ ἐξουσιάσεις. pro ἐκ ἐξὸν. Dan. 2, 10. *Omnis rex, dominus* וְשַׁלִּיט *et potestatem habens.* Plur. שַׁלִּיטִין Dan. 4, 23. vel 27. *Quod potestatem habeant coeli,* h. e. Deus coeli.

שִׁלְטוֹנִין In regim. שִׁלְטוֹנֵי Gr. ἄρχοντας. Dan. 3, 2.

שָׁלְטָן m. I. *imperium.* Dan. 7, 6. 14. Gr. ἐξουσία. In reg. et cum aff. Dan. 7, 14. שָׁלְטָנֵה שָׁלְטַן עָלַם *imperium eius imperium seculi,* diutissime durabit. II. *imperator.* Plur. Dan. 7, 27. כָּל־שָׁלְטָנַיָּא לֵה יִפְלְחוּן *omnes imperatores ei servient.* Gr. πᾶσαι αἱ ἀρχαί. Abstractum pro concreto, quomodo Apostoli saepe loqunntur. Vide Coloss. 2, 14.

שְׁלַם *perfici. Peil.* Ezr. 5, 16. מִתְבְּנֵא וְלָא שְׁלִים *aedificatur et non perfecta est.* Gr. οὐκ ἐτελέσθη. *Aphel.* Dan. 5, 26. וְהַשְׁלְמָהּ *et absolvit eam.* impósuit ei finem. Gr. ἐπλήρωσεν αὐτήν. Item: *Reddere,* sive *omnia exhibere.* Ezr. 7, 19. הַשְׁלֵם קֳדָם אֱלָהּ *exhibe coram Deo.* Gr. παράδος.

שְׁלָם m. *pax.* Gr. εἰρήνη. Ezr. 4, 17. Cum nota artic. שְׁלָמָא Ezr. 5, 7.

שֻׁם m. *nomen.* Gr. ὄνομα Dan. 4, 5. vel 8. Ezr. 5, 1. Cum aff. שְׁמֵהּ Dan. 2, 20. Plur. in reg. שְׁמָתַן Ezr. 5. 4. Cum aff. שְׁמָתַיהוֹם Ezr. 5, 10. Hebr. שֵׁם

שׁמר *Aphel.* Inf. לְהַשְׁמָדָה *ad profligandum.* Dan. 7, 26. Gr. ἀφανίσαι.

שמים Cum nota artic. שמיא Hebr. הַשָּׁמַיִם Gr. οἱ ἄρχοντοι. Dan. 2, 18. אֱלָהּ שְׁמַיָּא *Deus coelorum.* Qui non tantum in terra est, sed etiam in coelo, et coelum terramque fecit et

Landesbibliothek Oldenburg

manu ſua ſuſtinet. c. 4, 23. vel 27. דִּי שַׁלִּיטִין שְׁמַיָּא *quod poteſtatem habeant coeli*, h. e. quod is, cuius thronus eſt coelum, habeat ſolus poteſtatem, et nemo praeter illum. לִשְׁמַיָּא *ad coelum*. c. 4, 8.

שׁמם *Ithpael*. Dan. 4, 16. vel 19. אֶשְׁתּוֹמֵם *attonitus ſiluit*. Gr. ἀπηνεώθη. Vide Hebr.

שְׁמַע *audire*. Gr. ἀκούειν. Dan. 6, 14. vel 15. כְּדִי מִלְּתָא שְׁמַע *quum rem audiviſſet*. cap. 5, 14. 16. שְׁמִעַת *andivi*. *Ithpael*. Fut. c. 7, 27. וְיִשְׁתַּמְּעִין *et obedient*. Gr. ὑπακούσονται. Vide Hebr.

שְׁנָא Part. pl. cum affixo. Dan. 4, 16. vel 19. *Somnium* לְשָׂנְאָיִךְ *oſoribus tuis*. Gr. τοῖς μισοῦσί σε. Vide Hebr.

שׁנא *variare*, *alium eſſe vel fieri*. Dan. 3, 27. *pallia eorum* לָא שְׁכוֹ *non erant mutata*. non amiſerant priorem ſpeciem aut nitorem. Gr. οὐκ ἠλλοιώθη Dan. 5, 6. זִיוֹהִי שְׁנוֹהִי *ſplendor eius mutabatur*. Gr. ἡ μορφὴ ἠλλοιώθη. Abundat ſyllaba הִי חִשְׁנָא הִי *diverſum erit* regnum. Dan. 7, 23. Gr. ὑπερέξει. Sed notatur alia forma regiminis: regnum diviſum. vt eſt Dan. 2, 4. Gubernabuntur partim per leges humanas regum et principum, vt poteſtatem habentes: partim per leges alicuius hominis, tanquam Dei. qui erit Deus peregrinus. Ideo v. 24. de rege: יִשְׁנֵא מִן קַדְמָיָא *diverſus erit a praecedentibus*. Regnabit alio modo: vt loquens verba iuxta Altiſſimum. Gr. ὑπεροίσει κακοῖς. *ſupergredietur malis*. Dan. 6, 17. vel 18. דִּי לָא חִשְׁנֵא צִבְוָא *ne mutaretur ſententia* aut *voluntas*. Part. f. שְׁנִיָא Dan. 7, 19. Plur. m. שְׁנִין Dan. 5, 9. f. שָׁנָן Dan. 7, 3. *Pael*. Dan. 3, 28. מִלַּת מַלְכָּא שַׁנִּיר Gr. τὸ ῥῆμα τοῦ βασιλέως ἠλλοίωσαν. *Verbum regis mutarunt*. Non id ſibi imperantes, quod rex imperabat, ſed contrarium. Dan. 4, 13. vel 16. *cor eius ab hominibus* יְשַׁנֵּן *mutabunt*, h. e. animus ipſius mutabitur, vt non ſit inſtar humani animi. Gr. ἀλλοιωθήσεται, Part. paſſiv. f. מִשְׁנְיָה

מִן

מִן כָּל־חֵיוָתָא *diversa ab omnibus bestiis.* Dan. 7, 7. Gr. διάφορον περισσῶς παρὰ πάντα τὰ θηρία. *Ithpael.* Dan. 3, 19. *Et imago faciei ipsius* אִשְׁתַּנִּי *mutabatur.* c. 7, 28. וְזִיוִי יִשְׁתַּנּוּן עָלַי *et splendor meus* facies externa *mutabatur in me*, mihi. Gr. ἡ μορφή μου ἠλλοιώθη. *Aphel.* Dan. 2, 21. הוּא מְהַשְׁנֵא עִדָּנַיָּא *is mutat tempora.* Gr. ἀλλοιοῖ καιρούς. cap. 6, 8. vel 9. דִּי לָא לְהַשְׁנָיָה *quod non sit mutandum.* Gr. ὅπως μὴ ἀλλοιωθῇ. Ezr. 6, 12. לְהַשְׁנָיָא לְהַבָּלָה בֵּית אֱלָהָא *ad iterum destruendum domum Dei hanc.* Ezr. 6, 11. דִּי יְהַשְׁנֵא פִּתְגָּמָא דְנָה *qui mutaverit verbum hoc.* Gr. ἀλλάξει. Qui apud se statuerit, aliquid hac in re faciendum non esse, atque ei adeo non paruerit. Confer Dan. 3, 28. in Pael. Vide, annon similiter exponendum sit Dan. 6, 8. vel 9. 15. vel 16. vt notet praeceptum, quod nemini, citra vllam exceptionem, transgredi liceat.

שְׁנָה *Annus.* Gr. ἔτος. Ezr. 4, 24. עַד שְׁנַת תַּרְתֵּין *vsque ad annum secundum.* Dan. 7, 1. בִּשְׁנַת חֲדָה *anno primo.* Plur. שְׁנִין *anni.* Dan. 6, 1. Ezr. 5, 11. שְׁנִין שַׂגִּיאָן *annis multis.* Gr. ἔτη πολλά. Vide Hebr.

שָׁעָה f. 1) *hora.* Syris ܫܥܬܐ Arabibus ساعة et ساعاة *hora*, pars exigua noctis, incertum vtrum a *currendo*, an *a spectando*, quod stellas spectantes ac solem horas metiamur. Est enim سعى et *intente spectare* et *currere.* 2) *breve tempus, momentum* Arab. ساعة. Syr. ܫܥܬܐ v. Alb. *Schultens* in Animadv. ad Dan. 4, 19. Opp. min. p. 2503. Dan. 4, 16. vel 19. כְּשָׁעָה חֲדָא *quasi hora vna.* Gr. ὡσεὶ ὥραν μίαν. Cum א nota artic. שַׁעְתָּא Dan. 3, 6. בַּה שַׁעְתָּא *statim, in ... hora.* Graec. αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. Vide et cap. 3, 15. 4, 32. vel 33, 5. Caeterum digna est observatio *Michael.* in Supplem. ad L. H. N. 2519. quae huc transscribatur. „Notandum horae nomen in nullo libro ante exsilium babylonicum scripto reperiri, sed primum in Daniele, nec tamen in hoc nisi in dubiis capitibus, 3, 4. et 5. Quod quidem eo pertinet vt

Landesbibliothek Oldenburg

ante exſilium Iudaeis diviſio diei in horas nondum nota fuerit, primumque Babylone horarum menſuram didicerint, valde illam arbitrariam, cum antea fortaſſe, vt Arabes ſolent, in ſex modo partes diem noctemque dividerent. Cum autem in his ſolis capitibus occurrat, et vero vt res valde vſitata, ita vt בה שעתא pene adverbialiter ſit *confeſtim*, zur Stunde, auget hoc ſuſpicionem contra antiquitatem horum capitum.

שְׂעַר m. *pilus*, *capillus*. Dan. 3, 27. שְׂעַר רֵאשְׁהוֹן *capillus capitis eorum*. Gr. ἡ θρίξ τῆς κεφαλῆς. Sic Dan. 7, 9. Vide Hebr.

שפט Part. plur. שָׁפְטִין *iudices*. Latius patet, quam דַּיָּנִין Hoc enim ad cauſas pertinet. Ezr. 7, 25. שָׁפְטִין וְדַיָּנִין *rectores et iudices*. Gr. γραμματεῖς καὶ κριτάς. Nempe doctores legis videntur annumerandi rectoribus: quorum eſt legem indicare et ſecundum eam iuſtos ab iniuſtis diſcernere. Vide Hebr.

שפל Aphel. אַשְׁפֵּל *humiliare*. Dan. 5, 22. לָא הַשְׁפֵּלְתָּ לִבְבָךְ *non humiliaſti cor* non ſubmiſiſti animum *tuum*. Gr. οὐκ ἐταπείνωσας τὴν καρδίαν σου. Part. מַשְׁפִּיל Dan. 5, 19. *humiliabat*. Inf. לְהַשְׁפָּלָה Dan. 4, 34. vel 37. Fut. יְהַשְׁפֵּל *humiliabit*. Dan. 7, 24. Gr. ταπεινώσει.

שפל Non in regim. Dan. 4, 14. vel 17. שְׁפַל אֲנָשִׁים *humilem hominum*. infimum hominum. Gr. ἐξουδένωμα ἀνθρώπων. Vide Hebr.

שְׁפַר *pulchrum eſſe* vel *videri*. Dan. 3, 32. vel 4, 2. שְׁפַר קָדָמַי *bonum mihi viſum eſt*. Gr. ἤρεστεν ἐνάντιόν ἐμοῦ. Sic 6, 1. vel 2. et 4, 24. vel 27. fut. יִשְׁפַּר Vide Hebr.

שַׁפִּיר m. *pulcher*. Dan. 4, 9. vel 12. עֲפָוֹהִי שַׁפִּיר *frondes eius pulchrae*, decorae. Et v. 18. vel 21. Gr. τὰ φύλλα αὐτοῦ ὡραῖα. item εὐθαλῆ.

שַׁפְרְפָרָא *aurora*. Dan. 6, 19. vel 20. Gr. τὸ πρωΐ. Reſpondet Hebraeo שַׁחַר et נֶשֶׁף

שֵׁיצִיא Ezr. 6, 15. וְשֵׁיצִיא בַיְתָה דְנָה *et absoluta est domus haec.* Gr. ἐτέλεσαν. Active, sed in plurali. quod per verbum שַׁכְלִלוּ dictum erat v. 14. Buxtorfius tria exempla ex Thargum profert passivae significationis: sed, quae depravata esse putat. Si ea non sunt prava, confirmabunt, et hic posse id verbum passive accipi. Aben Esra. סוֹף תָּשְׁלוּם בַּיִת זֶה דָיָה *absoluta est haec domus.* Respondet Hebraeo כִּלָּה

שְׁרֵא Dan. 2, 22. וּנְהוֹרָא עִמֵּהּ שְׁרֵא *et lux cum eo habitat.* q. d. καταλύει. Gr. φῶς μετ' αὐτοῦ ἐστι. 1 Timoth. 6, 16. φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον. 1 Ioh. 1, 7. αὐτός ἐστιν ἐν τῷ φωτί. Prima notio verbi est *solvendi.* vt καταλύειν pro *manere*, ita *solvere* pro *habitare*, *manere.* Respondet Hebraeo שָׁכַן *procumbere, demittere se ad manendum, manere, habitare.* In notione *solvendi.* Inf. מִשְׁרֵא *solvere.* Dan. 5, 16. *Peil.* Plur. שְׁרַיִן *solutos.* Dan. 3, 25. Gr. λελυμένους. *Pael.* part. Dan. 5, 12. מְשָׁרֵא קִטְרִין *solutio nodorum.* Concretum in notione abstracti. Gr. λύων συνδέσμους. pro λύσις. *Ithpael.* part. plur. Dan. 5, 6. וְקִטְרֵי חַרְצֵהּ מִשְׁתָּרַיִן *et vincula lumborum eius solvebantur.* Gr. οἱ σύνδεσμοι τῆς ὀσφύος αὐτοῦ διελύοντο. Habet notionem *incipiendi.* *Pael.* Ezr. 5, 2. וְשָׁרִיו לְמִבְנֵא *et coeperunt aedificare.* Gr. ἤρξαντο. Metaphora. Quum solvitur navis, incipit cursus. Respondet Hebraeo הֵחֵל

שׁרק Inde מַשְׁרֹקִיתָא *fistula, tibia.* Dan. 3, 5. Gr. σύριγγος. A sibilando. Id enim Hebr. שָׁרַק

שׁרשׁ Nom. pl. cum aff. עִקַּר שָׁרְשׁוֹהִי *stipitem radicum eius.* Dan. 4, 12. vel 15. Gr. τὴν φυὴν τῶν ῥιζῶν αὐτοῦ.

שְׁרָשִׁי Nom. vt גְּוָלִי *exstirpatio.* Notat φυγαδείαν. Gr. παιδείαν. Ezr. 7, 26.

שִׁת *sex.* Dan. 3, 1. שֵׁת Ezr. 6, 15. ἕξ. שִׁתִּין *sexaginta.* Dan. 3; 1. 6, 1. Ezr. 6, 3. ἑξήκοντα.

Landesbibliothek Oldenburg

שתה *bibere.* אִשְׁתִּיו *biberunt.* Dan. 5, 3. 4. Gr. ἔπινον. Part. שָׁתֵה *bibens.* Dan. 5, 1. plur. שָׁתַין *bibentes.* Dan. 5, 23. Fut. pl. יִשְׁתּוֹן Dan. 5, 2.

מִשְׁתְּיָא Hebr. מִשְׁתֶּה *convivium.* συμποσίου. Gr. τοῦ πότου, Dan. 5, 10.

ת

תבר *Peil.* f. תְּבִירָה *fragilis.* Dan. 2, 42. Gr. συντριβόμενον. Ex Hebr. שָׁבַר

תדר Dan. 6, 17. 21. בְּתָדִירָא *ſemper.* Gr. ἐνδελεχῶς. Reſpondet Hebraeo תָּמִיד

תוב *reverti.* fut. יְתוּב *revertebatur.* Dan. 4, 31. vel 34. Gr. αἱ φρένες μου ἐπεστράφησαν. *Aphel.* הַתִּיב *referre.* Dan. 2, 14. הַתִּיב עֲטָה וּטְעֵם *retulit conſilium et ſententiam*, ſciſcitatus eſt. Gr. ἀπεκρίθη βουλὴν καὶ γνώμην Ezr. 5, 11. פִּתְגָּמָא הַתִּיבוּנָא *reſponderunt nobis.* Gr. ἀπεκρίθη ἡμῖν. Dan. 3, 16. סְתָגָם לַהֲתִיבוּתָךְ *verbum reſpondendum tibi.* Fut. יְתִיבוּן Ezr. 5, 5. יַהֲתִיבוּן Ezr. 6, 5. Ex Hebr. שוּב

תְּוַהּ Reſpondet Hebr. חָרַד *expaveſcere, contremiſcere.* Dan. 3, 24. תְּוַהּ *contremuit et ſurrexit cum feſtinatione.* Gr. ἐθορύβασε.

תּוֹר Ex Hebr. שׁוֹר *bos, taurus.* Dan. 4, 22. vel 25. כְּתוֹרִין *ut boves.* Gr. ὡς βοῦν. Ezr. 6, 9. בְּנֵי תוֹרִין Gr. υἱοὺς βοῶν. Hebr. בְּנֵי בָקָר aut פָּרִים

תּחוֹת, תְּחוֹת praepoſitio *ſub.* Dan. 7, 27. תְּחוֹת כָּל־שְׁמַיָּא *ſub toto coelo.* Gr. ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ. Cum aff. Dan. 4, 11. vel 14. מִן תַּהֲתוֹהִי *deſubter ea.* Gr. ὑποκάτωθεν αὐτοῦ. v. 9. vel 12. תְּחוֹתוֹהִי *ſub ea.* Gr. ὑποκάτω αὐτοῦ. Vide Hebr.

תֶּלֶג *nix.* Dan. 7, 9. Gr. χιών. Hebr. שֶׁלֶג

תְּלָת f. *tres.* Dan. 7, 5. 8. 20. Gr. τρεῖς. תְּלָתָה m. Dan. 3, 24. גֻּבְרִין תְּלָתָה *viros tres.* Ezr. 6, 15. עַד יוֹם תְּלָתָה לִירַח אֲדָר

ad diem tertium mensis Adar, Martii. Gr. ἕως ἡμέρας τρίτης μηνὸς Ἀδάρ. Ezr. 6, 4. Cum aff. תְּלָתְהוֹן Dan. 3, 23. Hebr. שְׁלָשְׁתָּם

תְּלָתִין *triginta*. Hebr. שְׁלֹשִׁים τριάκοντα. Dan. 6, 7. vel 8. 12. vel 13.

תַּלְתִּי *Tertius*. τρίτος. Dan. 5, 7. תַּלְתָּא Dan. 5, 16. 29.

תְּלִיתָאָה *Tertius*. Dan. 2, 39. Hebr. שְׁלִישִׁי

תְּמַהּ nom. pl. תְּמָהִין *miracula*. Dan. 6, 27. vel 28. Gr. τέρατα. cum א nota artic. Dan. 3, 32. vel 4, 2. cum aff. תְּמָהוֹהִי Dan. 3, 33. vel 4, 3. Ex Hebr. תָּמַהּ Respondet Hebr. מוֹפֵת

תַּמָּה adverb. ex Hebr. שָׁם, שָׁמָּה *ibi, eo*. 5, 17. 6, 1. 12. Gr. ἐκεῖ מִן תַּמָּה Ezr. 6, 6. Gr. ἐκεῖθεν.

תִּנְיָנָה Nom. f. חֵיוָא תִּנְיָנָה *animal secundum*. Dan. 7, 5. Gr. θηρίον δεύτερον. Hebr. שֵׁנִית

תִּנְיָנוּת *secundo. iterum*. Dan. 2, 7. Gr. δεύτερον.

תִּפְתָּיֵא nomen dignitatis aut officii apud Chaldaeos. Dan. 3, 2. 3. Elias aliene: דם כלי זמרים Ἀμάρτημα μνημονικόν. Putavit, hoc nomen inter instrumenta Musica censeri. Saadiah שׁוֹמְרֵי מַפְתֵּחוֹת *clavium custodes*. Derivat inde, vnde est מפתחות Hebr.

תְּקַל *appendere*. Dan. 5, 25. 27. *Peil.* תְּקִילְתָּ *appensus es*. Gr. ἐσάθη. Ex Hebr. שָׁקַל

תְּקַן *Hophal*. Dan. 4, 33. vel 36. וְעַל מַלְכוּתִי הָתְקְנַת *et super regno meo stabilitus sum*. Gr. ἐκρατώθην. Collocatus sum in regno meo sine omni defectu aut depravatione. Potestas regia mihi omnino restituta est. Vide Hebraeum תקן Respondet Hebraeo תָּכַן, הֵכִין, כּוֹנֵן, הֵטִיב

תְּקַף, תְּקִיף *convaluit*. De arbore Dan. 4, 8. vel 11. Gr. ἴσχυσε. De homine Dan. 4, 19. vel 22. *Crevisti* וְתַקֵּפְתָּ *et inva-*

Landesbibliothek Oldenburg

luisti. Gr. ἴσχυσας. Dan. 5, 20. וְרוּחֵהּ תִּקְפַת לַהֲזָדָה *et animus eius corroboratus est* elatus est *ad proterve agendum.* Gr. τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐκραταιώθη τοῦ ὑπερηφανεύσασθαι. *Pael.* Dan. 6, 7. vel 8. לְתַקָּפָה אֱסָר *ad firmandum mandatum* vel *interdictum*, confirmare edicto. Gr. ἐνισχῦσαι ὁρισμὸν.

תקף Dan. 4, 27. vel 30. בִּתְקֹף חִסְנִי (masc. habet בִּתְקַף) *in robore* pro potentia *virium mearum.* Gr. ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος μου. Cum א nota articuli תַּקְפָּא *robur.* Dan. 2, 37.

תַּקִּיף f. תַּקִּיפָה Dan. 2, 40. et תַּקִּיפָא v. 42. *robustum*, regnum. Gr. ἰσχυρὰ. Pl. תַּקִּיפִין Dan. 3, 33. vel 4, 3. Vide Hebr. Respondet תֹּקֶף Hebr. חֹזֶק, עֹז, גְּבוּרָה etc.

תַּרְגֵּם In *Pyal.* Ezr. 4, 7. וּמְתֻרְגָּם אֲרָמִית *et interpretatum Syriace.* Gr. ἡρμηνευμένην. Vocabulis Syriacis erat scripta epistola. Rabb. מְפוֹרָשׁ Respondet Hebraeo הָלִיץ

תְּרֵי Dan. 4, 26. vel 29. *Ad finem mensium* exactis mensibus תְּרֵי עֲשַׂר *duodecim.* Gr. μετὰ δωδεκάμηνον. Ezr. 4, 17.

תַּרְתֵּין f. Ezr. 4, 24. עַד שְׁנַת תַּרְתֵּין *usque ad annum secundum.* Gr. ἕως δευτέρου ἔτους.

תְּרַע *porta.* Hebr. שַׁעַר et פֶּתַח Dan. 2, 49. בִּתְרַע מַלְכָּא *in porta* i. e. aula *regis.* Gr. ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως. Dan. 3, 26. לִתְרַע אַתּוּן *ad ostium fornacis.* Gr. πρὸς τὴν θύραν τῆς καμίνου.

תָּרָע pl. cum nota artic. תָּרָעַיָּא Hebr. שׁוֹעֲרִים *ianitores.* Ezr. 7, 24. Gr. πυλωροῖς.

pag.
ἀτεκνία 871 b)
ἀτεκνῶσθαι 870 b)
ἀτιμάζειν 1129 516 b)
ἀτιμεῖν 213
ἀτιμία 484 b) 516 b)
ἀτιπελαργεῖν 645
ἀτμὶς 440. 252. b) 512 b)
ἀτραπὸς 1309
ἄτρακτος 289 b)
ἄτρυγον 512
ἀττάκης 42 b)
ἀτυχεῖν 203. 571
αὐγάζον 203
αὔγασμα 203
αὐθάδεια 502
αὐλαία 847
αὖλαξ 965 b) 1110 b)
αὐλάρχης 892
αὐλὴ 658. 1030. 122 b)
αὐλίζεσθαι 1011
αὐλὼν 338. 176 b)
αὔριον 1059
αὐξάνεσθαι 608 b)
αὔρα 417. 499
αὐτάρκης 404. 807 b)
αὐτόματα 30 b) 52 b)
αὐτὸς 447
αὐτόχθων 533
αὔχμηρα 680
ἀφαγνίζειν 572
ἀφαιρεῖν 1085. 1289
ἀφαιρεῖσθαι 1174. 50 b)
ἀφαίρεμα 1173. 660. b) 663 b)
ἀφανίζειν 673. 911. 422 b)
ἀφανίζεσθαι 911. 50. b) 73 b) 921 b)

pag.
ἀφανισμὸς 927 b)
ἄφεσις 426. 1169. 892 b) 922 b)
ἀφεψεῖν 745 b)
ἀφὴ 1138
ἀφηγεῖσθαι 54 b)
ἀφιέναι 787. 1210. 1289. 39. b) 922 b)
ἀφιστᾶναι 1157
ἀφίστασθαι 1054. 1099. 23 b) 347. b) 680 b)
ἄφνω 352 b)
ἄφοδος 465
ἀφορίζειν 310. 287 b)
ἀφόρισμα 663 b)
ἀφορμὴ 124. 9 b)
ἀφροσύνη 39. 1128
ἄφρων 39. 244. 263. 34 b) 352 b)
ἀχάτης 777 b)
ἄχυρον 1091 b)
ἀώρια 1305

B.

Βαδίζειν 776
βαθμὸς 357 b)
βάθος 390 b)
βακτηρία 576. 967 b)
βάλανος 73
βάλλειν 840. 894 b)
βάπτειν 703. 1059
βάρβαρος 1024
βάρις 460. 158
βάρος 884. 1206
βασίλειον, βασίλεια 158. 235. 460. 1187.
βασιλεύειν 1074. 1075

Landesbibliothek Oldenburg